
201
46 K
11



STATUTA ECCLESIAE SCOTICANAE.



Concilia Scotiae

ECCLESIAE SCOTICANAE

STATUTA TAM PROVINCIALIA QUAM SYNODALIA

QUAE SUPERSUNT

MCCXXV—MDLIX





TOMUS SECUNDUS

EDINBURGI MDCCCLXVI

EDINBURGH: T. CONSTABLE,
PRINTER TO THE QUEEN, AND TO THE UNIVERSITY.

CONTENTS OF VOLUME II.

STATUTA ECCLESIAE SCOTICANAE:

CONTENTS.



TABULA CHRONOLOGICA.



TABULA.

NO. PAGE

NO. PAGE

SEC. XIII.

SEC. XIII.

[STATUTA SYNODALIA DIŒCESIS ABERDONENSIS.]

[SYNODUS DIŒCESIS SANCTI ANDREÆ APUD MUSSELBURGH.

V. DIE MAII A.D. MCCXLII.]

1242. 5 MAII. [CONSTITUTIONES DAVIDIS EPISCOPI DE REGENDO CLERO.]

This rubric is preserved in the Excerpta Quedam de Magno Registro Prioratus S. Andree, printed in the Regist. Priorat. S. Andree, p. xxxvi. no. 19.

SYNODUS PROVINCIALIS ET CONCILIUM GENERALE APUD PERTH.

XVI. DIE JULII A.D. MCCCCXX.

CONCILIUM GENERALE APUD PERTH.

XIX. DIE JULII A.D. MCCCCLIX.

GENERALIS CONVENTIO ET CONCILIUM PROVINCIALE APUD EDINBURGUM.

XXVII. DIE NOVEMBRIS A.D. MDXLIX.

1558-9. 1 MAR.—10 APR.

CONCILIUM PROVINCIALE GENERALE APUD EDINBURGUM.

I. DIE MARTII A.D. MDLVIII.-LIX.—X. DIE APRILIS A.D. MDLIX.

1558-9. 1 MAR.—10 APR.

APPENDIX.

STATUTA

ECCLESIAE SCOTICANAE.

STATUTA ECCLESIAE SCOTICANAE.

Bulla Pape Honorij de concilio prouinciali celebrando in Scotia ·

[i.] Honorius epifcopus feruus fcruorum Dei venerabilibus fratribus vniuerfis epifcopis regni Scotie falutem et Apoftolicam benedictionem · Quidam veftrum nuper auribus noftris intimauerunt quod cum non haberetis Archiepifcopum cuius auctoritate poffitis Concilium Prouinciale celebrare contingit in regno Scotie quod eft a Sede Apoftolica tam remotum ftatuta necgligi Concilij Generalis et enormia plurima committi quc remanent impunita · Cum autem Prouincialia Concilia omitti non debeant · in quibus de corrigendis exceffibus et moribus reformandis diligens eft adhibendus cum Dei timore tractatus · ac canonice funt relcgende regule ac conferuande maxime que in eodem Generali Concilio funt ftatute · per Apoftolica vobis fcripta mandamus quatenus cum Metropolitanum nofcamini non habere auctoritate noftra Prouinciale Concilium celebretis · Datum apud Tyberym · xiiij · Kalendas Junij · pontificatus noftri anno nono ·

Litera Conferratoris de Concilio Provinciali congregando ·

[ii.] Reverendo in Chrifto patri etc · Domino etc · *Talis* Epifcopus Moravienfis ac Confervator Confilii Scoticani falutem · Tot onera per eos qui poteftatem habere videntur hodie imponuntur ecclefiis in partibus noftris quod facerdotes et poffeffiones eorum in luto et latere ferviunt et tot affliguntur anguftiis quod de amaritudinis calice omnes bibunt · Cupientes

igitur ecclefiam ad folitam et priftinam libertatem reducere et reduci · Provinciale Confilium celebrandum apud Perth in domo Fratrum Predicatorum die Mercurii proximo poft feftum Beati Luce Evangelifte cum continuatione dierum auctoritate Confervatoria prefigimus · eadem auctoritate veftram reverendam paternitatem requirentes et in Domino attentius exhortantes quatenus ibidem dicto [die] cum continuatione dierum cum prelatis veftre diocefis et capitulorum collegiorum et conventuum procuratoribus ydoneis in habitu decenti interfitis ad tractandum fuper reformatione ftatus ecclefie et aliis que funt contraria ecclefiaftice libertati · Nec dubitamus quin etiam modernis temporibus in ecclefia Scoticana jam oppreffa preciofas aliquas fibi Dominus confervaverit margaritas qui diebus Helie feptem millia hominum refervavit qui ante Baal genua non curvarant ·

Modus procedendi in concilio cleri Scoticani ·

[iii.] Primo induantur Epifcopi albis et amictis cappis folempnibus mitris cerothecis habentes in manibus baculos paftorales · Abbates in fuperpellicijs et cappis mitrati cum mitris · Decani et Archidiaconi in fuperpellicijs et almucijs et cappis · Alij vero clerici fint in honefto habitu et decenti · Deinde procedant duo ceroferarij albis et amictis induti cum cereis ardentibus ante dyaconum qui legat Euangelium · Ego sum pastor etc. quem comitetur fubdiaconus et petet dyaconus benedictionem a Conferuatore fi prefens fuerit vel ab antiquiore Epifcopo fi fit abfens · Perlecto Euangelio ofculetur liber a Conferuatore et fingulis Epifcopis · Deinde incipiat Conferuator ymnum Veni Creator · et ad quemlibet verfum incenfetur altare ab Epifcopis · quo facto qui habet dicere fermonem accepta benedictione a Conferuatore incipiat fermonem ad cornu altaris · Finito fermone vocentur citati ad concilium et abfentes puniantur fecundum ftatuta · quibus ftatutis ibidem perlectis in publico excommunicent Epifcopi fecundum ftatuta · habentes finguli in manibus candelas ·

Forma excommunicationis ·

[iv.] Ex auctoritate Dei Patris Omnipotentis et Filij et Spiritus Sancti · nec non et Sancte Dei Genetricis Marie · et Sancti Michaelis Archangeli et Omnium Angelorum et Archangelorum · et Sancti Joannis Baptiste · et omnium Patriarcharum et Prophetarum et Sanctorum Apostolorum et Ewangelistarum Innocentium Martirum Confessorum atque Virginum · et omnium Celestium Virtutum et sanctorum canonum et nostri ministerij · Excommunicamus dampnamus anatematizamus · et a limitibus Sancte matris Dei ecclesie sequestramus · omnes conspiratores contra proprios Episcopos vel alienos regni seu alios prelatos · et omnes conspiratoribus consentientes eo quod omnes tales scismatici sunt et infames · Excommunicamus etiam omnes qui causa matrimoniali vel alia falsum perhibent testimonium scienter exceptiones maliciose opponunt vel opponi procurant vel testes subornant vel id fieri procurant in causa matrimoniali · Excommunicamus omnes illos qui pacem Regis et regni perturbant et omnes illos qui odij vel lucri causa alijs crimina imponunt per que ipsorum fama ledatur aut pro quibus mors vel exilium vel membrorum mutilacio vel exeredacio seu bonorum spoliacio sequi debeat si iudicialiter conuincantur · Excommunicamus omnes detentores decimarum suarum ininste et omnes illos qni decimas proprias seu alienas preter voluntatem dominorum decimarum ipsarum occupant et detinent violenter seu rectores ecclesiarum vel vicarios aut eorum procuratores quacunque calliditate impediunt vel perturbant quo minus de decimis suis ad suam libere disponere valeant voluntatem · Nec non et vsurarios manifestos · raptores publicos · impedientes testamenta legitime facta · incendiarios · libertatum ecclesiasticarum et immunitatum in terris vel in aquis seu in nemoribus aut pascuis aut quibuscunque alijs rebus perturbatores et violatores · aut eorum auctores consilium auxilium et fauorem eis prestantes · Nec non sorciarias et omnes eas fouentes et protegentes et in suis maleficijs manutenentes ac etiam

cum eis in maleficijs fuis communicantes · inuafores et raptores bonorum ecclefiafticorum feu in terris elemofinatis nonnulla vi preter voluntatem dominorum capientes · exceptis domini Regis et Regine ac filij fui feruitoribus pro eorundem neceffarijs cum ea alibi inuenire non poterunt accipientibus dummodo iuftnm precium foluant pro eifdem · Maledicti fint omnes prenotati · maledicti fint exterius et interius · a planta pedis vfque ad verticem capitis · [Sitque pars et focietas eorum] cum Datan et Abiron quos terra viuos obforbuit · Fiant dies eorum panci et dominationes eornm accipiant alij · [fiant] filij eorum orphani · et ficut hec lucerna in prefenti extinguitur fic extinguantur lucerne eorum ante Viuentem in fecnla fecnlorum · et demergantur in inferno anime eorum nifi refipuerint et ad fatiffactionem et emendationem venerint · Fiat · fiat · Amen ·

[Excommunicacio generalis quater in anno in ecclefijs folemniter publicanda ac fulminanda ·

[v.] Of the autorite of God Almychty Fadyr and Sone and Haly Gaft · and of the Bliffyte Virgynne Mary · and of Sanct Michael the Archangel · and of al haly Angelis · and of Sanct Johnne the Baptift · and of al Patriarchis · and Prophetis · and of Sanct Petir and Paule Apoftlis · and Euangeliftis · and of Sanct Stewyn Martir and of al haly Marthiris · and of Sanct Nicolace and Sanct Ternanne the Confefforis · and of al haly Confefforis · and of Sanct Kateryne the Virgyne · and of al haly Virgynes · and of al the Sanctis of Hewyne · We curfs waryis and con-
Nota puncta damnes and owtftekys fra the fredome of Haly Kyrk al confpiratouris that ryfis aganne thar awne byfchop · or ony othir byfchop of the realme · agane the fredome of Haly Kyrk · Al thaim that beris [fals] wytnes in caufe of matrimonye or procuris it to be borne · or confentis or fauoris to thaim · Al thaim that differis or lattis rychtwis airis to bruke thar heritagis · or wittandly makis wrangwis airis or affentis to thaim · Al

thaim that gerris ony mann tyne life or lym or honour or gudis · for malice or fede or covatice of gudis · Al fals affyſouris · that for meyd gerris menn tyne gudis lyfis or gude name · Al that ſtrublis the Kyngis pece without leyf · Al that puttis fals cryme til ony mann for malice or fede or wynnyng · quharthrou he tynis his life · his gude name · membris of his body · or diſheriſing · banneſing or ſpoliacione of gudis may folow · Al fals teyndaris · and al thaim that haldis or gerris hald thar awne or otheris mennis teyndis ovthir be ſtrynth ſutelto or mycht fra thaim that ſulde haue thaim · Al thaim that lettis or gerris let perſonys vicaris or thare deputis to diſpone at thair awne wyl · and for to ſet thair teyndis quhom to thai lyke · and for thair maiſt profyte · Al thaim that mynyſis thair teynd for fraude or malice of thaim that aucht to haue it · and al thaim that for fraude of the teynd leſis the ſtok vnlaborit · Item al thaim that takis halowit thing out of vnhalowit placis · or vnhalowyt thing out of halowit placis · or halowit thing out of halowit placis · without leif of the hedeman of the place · Item all commone okkeraris · Al thaim that brekis teſtament lauchfully maid · Al thaim that byrnis kirkis or howſyis or conſentis tharto without leif aſkit and obtenit of thaim that has power tharof · Item all thaim that ſtrublis the fredome of Haly Kirk · in wod watir or paſtur · or conſentis tharto · Al wichis and trowaris in thaim · Al commone reiſaris and reſettaris of thaim · Al commone theſis and reſettaris of thaim · Al thaim that puttys violent hand on preiſt or clerk · bot in thare defens · Al commone ſclanderaris · Al thaim that ſtrikis fals monee or clippis the Kingis monee without leyff · Al erratikis kyd and kend · Al thaim that caſtis thar barnis at kyrk duris or in othir placis to be periſt ony maner of way · Al thaim that diſtrois barnis conſavit betuex mann and woman · be drynkis or ony maner of way · for conceling of ſynn · or ony othir thing · All thaim that poiſonis mann or woman or purcheſis it to be done · Al falſaris of the Papis bullis · All thaim that makis fals charteris to diſheris menn of thar landis or gudis · Al thaim that wittandly oiſis fals met or meſur · or weicht · to diſſayve ony man ·

Al thaim that has hene thris lauchfully monyſt in this kirk and vnamendit · And al confalaris reſattaris helparis and fauoraris to thame ·

Summa Of the autorite of God Almychty Fadir and Sonn and Haily Gaſt and of the Bliſſit Virgyne Sanct Mary · and of al the Haly Sanctis of Hewyne · We curs wareis and condamnis al thaim that ar fornemmyt · and al thaim that gifis help · confale · ſupple · reſet · or fanor to thame · Curſit he thai · ſyttand · ſtandand · rydand · gangand · ſlepand · waikand · etand and drinkand · In hows · and owt of hows · Curſit be thai fra the crowne of the hede · to the ſoile of the fute · Caſtyn he thai owt of the duelling place of Criſtin menn · and othir menn hruke thar lordſchip · Na helparis haue thai · Few he thar daies · othir men hruke thar poſſeſſionis · Oute be thai tane of the buke of lyfe · and with rychtwiſs menn he thai nocht wrytyn · thar duelling he with Dathan · and Abyrone · the quhilkis the erde ſwellyit for thar ſynn · And as this candil is caſtyn fra the ſycht of men ſwa be thar ſaules caſtyne fra the ſycht of God into the depaſt pot of hel euer to remane with curſit Nero the wikkyt emperour · and his curſit falowſchip · hot gif thai cum til a mendis eftir thair power · Amen · Et tunc candela vt moris eſt in terram proiecta et extincta · pulſetur campana ·]

Incipiunt statuta generalia ecclesie Scoticane ·

Canones generalium conciliorum · ut Yſodorus ait · a tempore Conſtantini imperatoris ceperunt · quibus ſancta Romana ecclesia · fide Catholica ſuccreſcente · et ſancti patres in concilio Nyceno conuenientes iuxta fidem Ewangelicam et Apoſtolicam certitudinem tradiderunt · inter cetera ſtatuentes · ſicut dicit Beatus Gregorius Papa · quod ſicut Sancti Euuangelij libros quatuor ſic quatuor Concilia ſuſcipere et uenerari · me fateor · Nycenum · ſcilicet · Conſtantinopolitanum · Epheſinum · et Calcidonenſe · in quibus heretice prauitates et fidei Catholice impugnatores confundebantur · et religio Chriſtiana ad laudem Dei · et omnium credencium ſalutem · ſolidum recepit fundamentum · ex quo more · per Catholicorum principum prouincias et regna · ſalubriter inſtitutum eſt · quod ſingulis annis prouincialia concilia · ad decorem domus Dei · et fidem Catholicam firmiter obſeruandam · rite celebrentur · Cui mori felicis recordacionis Honorius Papa · in ecclesia Scoticana · conſenſum adhibuit ſpecialem · in hac forma ·. *Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei · etc* · [*ut ſupra, p.* 3.]

[1.] Autoritate igitur Omnipotentis Dei · et ſacrorum canonum · ac ſacroſancte Romane eccleſie · nos prelati Scoticane eccleſie · Concilium Prouinciale · noſtrorum predeceſſorum more celebrantes · et laudabilem conſuetudinem obſeruantes · vnanimi conſenſu ſtatuimus et ordinamus · vt ſingulis annis ſinguli Epiſcopi et Abbates · ac prioratuum Priores · in habitu ſollempni · ad Concilium celebrandum · ad certum diem per Conſeruatorem Concilii ſibi competenter prefigendum · deuote conueniant · vt per triduum · ſi neceſſe fuerit · in eodem Concilio ualeant pro neceſſitatibus diuinis et eccleſiaſticis commorari · et inuocata Spiritus Sancti gracia

ſtatum eccleſiaſticum ibidem ad modum debitum et placentem Deo reformare · Si quis uero eorum canonica prepedicione fuerit impeditus · uice ſua procuratorem ſufficientem ſubſtituat · Non ueniens autem perſonaliter cum uenire poſſit et noluerit autoritate et arbitrio Concilii puniatur ·

Quomodo Conſeruator debeat eligi ·

[2.] Statuimus etiam in primis · vt quolibet anno uerbum predicacionis cuilibet Epiſcoporum vni poſt alterum iniungatur · in proximo Concilio · per ſe uel per alium proponendum · incipiendo ab Epiſcopo Sancti Andree · et quod vnus Epiſcoporum Conſeruator Statutorum Concilii ordinetur de conſilio reliquorum · qui de Concilio ad Concilium ſuo fungatur officio · ac manifeſtos et notorios eiuſdem Concilii ſeu alicuius ſtatuti in eodem uiolatores puniat · et ad debitam ſatiſfactionem per cenſuram eccleſiaſticam ſecundum iuris exigenciam efficaciter conpellat ·

De fide Catholica ·

[3.] Statuimus ſacri approbacione Concilii · vt prelati maiores et minores fidem Catholicam et Apoſtolicam indubitanter teneant · et ſubditos ſuos vtriuſque ſexus in articulis fidei diligenter inſtruant · monentes et inducentes parochianos ſuos quod ipſi liberis ſuis eandem fidem exponant et eos doceant fidem Chriſtianam obſeruare ·

De sacramentis obſeruandis ·

[4.] Statuimus eciam quod eccleſiaſtica ſacramenta · cum deuota reuerencia · in fide Catholica celebrentur ſub certa forma · a ſanctis patribus et Sacris Scripturis tradita ſub certis uerbis catholice ſcriptis · et quod audeat nullus formam canonicam aut uerba certa in eadem catholice tradita modis aliquibus immutare ·

De ecclefiis edificandis ·

[5.] Statnimns ad hec quod ecclefie · pro modo facultatum ipforum parochianorum · per ipfos parochianos · et cancella earum per ipfos rectores · de lapidibus conftruantur · et poftea confecrentur · et debitis ornamentis · libris · et uafis ornentur · et ad ftatnm debitum reformentur ·

De capellis non conftruendis ·

[6.] Item · ftatuimns quod nnlla ecclefia nel oratorium fine dyocefani confenfu conftruatur · nel in conftructis fine eiufdem confenfu nel autoritate diuina officia aliqua temeritate celebrentur · quin pocius fecundum facros canones prophanentur · ¶ Et qnia prefens ftatutum minus plene in multis locis inuenimus obferuatum ftatuimus vt quilibet noftrum in fua dyocefi diligenter inqnirat quo iure et qna autoritate fuerint conftructe · quod fi minus racionabiliter conftructe fuerint · nel etiam in pofterum conftruantur · fecundum inftituta canonica fint fufpenfe · Pronifo ut cniufcunque auctoritate conftructe fuerint capelle quecnnque indempnitati in omnibns matricis ecclefie fic profpiciatur vt nullum ei preiudicium generetur · nec de oblationibns a priuilegiatis alicubi aliquid recipiatur nifi fuper hoc priuilegium Ordinario fufficiens exhibeatur · qnod fi aliqui contrarium fecerint ipfo iure fint fufpenfi ·

Ne miffe celebrentur in priuatis locis fino licentia Epifcopi ·

[7.] Item non nulli religiofi et etiam alij tam feculares quam ecclefiaftici in priuatis et inhoneftis locis fibi faciunt diuina celebrari immo potius in fcandalnm totius ecclefie prophanari vbi frequentius fpurcitie peccatorum committuntur et animalia brnta commorantur nulla petita licentia vel optenta a locorum Ordinarijs aut aliqua auctoritate exhibita · qua propter

ne decetero huiufmodi fiant fub pena fufpenfionis in perfonas et interdicti in eadem loca et etiam excommunicationis fi taliter delinquentes competenter moniti ab huiufmodi prefumptionibus non deftiterint firmiter inhibemus · volentes et ftatuentes quod rectores ecclefiarum parochialium et vicarij earundem nec non etiam parochiales prefbyteri huiufmodi fententias auctoritate Concilij valeant in fuis parochijs exfecutioni debite demandare ·

De honeftate clericorum ·

[8.] Statuimus etiam quod quelibet ecclefia parochialis fuum proprium habeat rectorem aut vicarium qui debitam curam animarum per fe aut per alium ydoneum miniftrum de licentia fui Dyocefani valeat exercere . et quod ijdem mundam et honeftam ducant vitam alioquin canonice fubiaceant vltioni ·

Quod vicarij fufficientem habeant fuftentacionem ·

[9.] Statuimus ad hec quod vicarii ecclefiarum fufficientem et honeftam habeant fuftentacionem de prouentibus ecclefiarum quoniam qui altaribus deferuiunt de ipfis et ecclefie prouentibus viuere debent · Ita tamen quod porcio vicarii pura libera omnibus oneribus deductis ad minus eftimationem decem marcarum attingat fi ad hoc fuppetant ecclefie facultates · Prouifo quod in pinguioribus ecclefijs fecundum modum facultatum et onera eifdem incumbencia fufficientes porciones vicariis affignentur ·

De ornatu clericorum ·

[10.] Ad hec ftatuimus quod rectores et vicarii ecclefiarum · et etiam in dignitatibus conftituti · ac facerdotes et clerici infra facros ordines · tam in ftatu mentis quam in habitu corporis decenter induantur · Rubeis pannis fiue viridibus feu virgatis non vtantur nec etiam pannis qui nimia breuitate notentur · Vicarij quoque et facerdotes claufa defuper habeant indumenta ·

tonfuram deferant congruentem · ne intuentium · quorum forma et exemplum effe debent · offendant afpe&um · Quod fi ab Ordinarijs moniti emendare noluerint ab officio fufpendantur et ecclefiafticis fubiaccant difciplinis ·

Quod nullus fe intrudat in beneficio ecclefiaftico ·

[11.] Statuimus etiam quod nullus re&or aut vicarius fine confenfu Dyocefani · aut eius Officialis fuper hoc poteftatem habentis · in poffeffionem ecclefiafticam intrudatur vel aliquam in eadem excerceat adminiftrationem · Et qui fecus fecerit fecundum canonum fancita a iure quod fibi competijt cadere debet · et nichilominus arbitrio Dyocefani alias legittime puniatur ·

De manfionibus beneficiatorum ·

[12.] Statuimus etiam quod quelibet ecclefia manfionem aliquam prope ecclefiam habeat in qua Epifcopus fiue Archidiaconus honefte recipi valeat · quam decernimus infra annum debere fieri · tam expenfis perfonarum quam vicariorum pro rata fuarum portionum · Suftentatio autem domorum fpe&at ad vicarium cum habeat vfum earum et commodum · et ad hoc per fequeftrationem fru&uum ecclefiarum compellatur ·

Quod noui cenfus non imponantur ecclefie ·

[13.] Statuimus eciam quod noui cenfus ecclefiis aut vicariis non imponantur nec antiqui cenfus augeantur · et fi fecus a&um fuerit fecundum Lateranenfe concilium irritentur et delinquentes in talibus prout iuftum fuerit puniantur ·

De clericis ordinandis ·

[14.] Ad hec ſtatuimus quod nullus Epiſcopus clericos de dyoceſi alterius Epiſcopi ad ordines maxime ſacros ſine litteris Ordinarij ſui vel eius Officialis admittat · Clerici autem tranſſiuntes vel ignoti ad nullum officium eccleſiaſticum ſine certis litteris commendatitijs admittantur · et ſi ſine admiſſione Epiſcopi Officialis vel Archidiachoni in eccleſiis parochialibus ſeu capellis ſe diuinis inmiſcuerint ipſo facto ſint ſuſpenſi ·

[De clericis ad religionem tranſeuntibus ·]

[15.] Statuimus ad hec quod quilibet ſacerdos ſeu clericus ad religionem tranſſiens habeat annuale ſuum ſicut et alii qui in Domino moriuntur ·

De confeſſoribus conſtituendis ·

[16.] Quod in quodam Concilio ſtatutum eſt approbantes ſtatuimus vt per quoſlibet decanatus prudentes viri et fideles conſtituantur per Epiſcopum confeſſores quibus perſone vicarij et minores clerici valeant confiteri qui Decanis forſitan erubeſcunt confiteri et verentur · In eccleſiis vero cathedralibus confeſſores inſtitui precipimus generales ·

De locato et conducto ·

[17.] Cum laicis dari eccleſias ad firmam ſit penitus inhoneſtum et clericis quibuſcunque ad longum tempus propter continuationem temporis que conſueuit afferre periculum eccleſijs poſſet eſſe dampnoſum · vtrumque diſtrictius inhibentes ſtatuimus vt nec laycis vnquam nec perſonis eccleſiaſticis etiam vltra quinquennium ad firmam conferantur · nec eo [quinquennio] finito renouentur eiſdem niſi prius ipſas alij habuerint

mediate · Saluis conceſſionibus religioſorum ſuper garbis eis in proprios vſus conceſſis · Et vt omnia ſint in tuto precipimus vt preſentibus Epiſcopis vel Archidyaconis firmarum fiat conuentio ex qua plures littere ſcribantur quarum vna maneat penes Epiſcopum vel penes Archidiaconum ·

De cohabitatione clericorum et mulierum ·

[18.] Licet ad profugandum a laribus eccleſie putridum illud turpi[tu]dinis libidinoſe contagium · quo decor eccleſie turpiter maculatur · ſtuduerint ſemper eccleſiaſtici rectores · ipſum tamen improbitatis tante exiſtit vt ſemper ſe ingerat impudenter · Nolentes igitur tantam eccleſie ignominiam conniuentibus oculis preterire incorrectam · ſtatuta Romanorum pontificum et maxime decretales Alexandri Pape ſuper hoc editas exequendo · ſtatuimus et ſtatuendo precipimus vt niſi clerici et maxime in ſacris ordinibus conſtituti qui in ſuis domibus vel alienis detinent publice concubinas eas prorſus a ſe remoueant infra menſem · ipſas vel alias de cetero nullatenus detenturi · ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi · Ita quod vſquequo ſuper hoc digne ſatiſfecerint de beneficijs eccleſiaſticis ſe nullatenus intromittant · alioquin ipſo iure eos decernimus fore priuatos · Volumus quoque et diſtricte precipimus vt Archidiaconi et Decani ſuper hoc diligentem fieri faciant inquiſitionem per omnes decanatus et quod in hac parte ſtatuimus obſeruari ·

De rebus eccleſie non alienandis ·

[19.] Statuimus etiam quod eccleſiarum parochialium rectores ſeu vicarij eaſdem eccleſias ſibi commiſſas nullatenus obligare valeant · nec fructus earum ad vlteriora tempora vendere aut quibuſlibet modis alienare niſi quatenus ad eoſdem rectores pro ſe viuentibus aut ſuo annuali poterint pertinere · ne per obligationes et alienationes huiuſmodi eccleſijs ipſis et

earum patronis aut earum rectorum fuccefforibus dampnum aut iniuria generetur ·

Item de eodem ·

[20.] Statuimus etiam quod nullus rector aut vicarius parochialis ecclefie decimas aliquas aut prouentus alios ecclefiafticos perfonis coniunctis aut extraneis prefertim laicis etiam ad fuum perpetuum quoad concedentes aut recipientes vixerint dare valeant vendere vel quomodolibet alienare · Et fi quid contra prefumptum fuerit irritum fit et inane · et quod fic alienatum fuerit ad ius et proprietatem fue ecclefie integraliter reuertetur ·

Item de eodem ·

[21.] Adicimus etiam quod nullus rector aut vicarius decimarum feu aliorum prouentuum ecclefiafticorum per vnius anni fpatium antequam eedem decime feu prouentus percipi debeant venditionem obligationem feu aliquam aliam alienationem anticiparo prefumat · Et fi fecus prefumptum fuerit hijdem contractus omni careant firmitate · quoniam per contractus huiufmodi ecclefie leduntur rectores et vicarij depauperantur · vendentes etiam plerumque fuis precijs defraudantur · iura etiam ordinariorum quandoque deferuntur vel penitus eneruantur ·

Ne clerici vel monachi fe negotijs immifceant ·

[22.] Cum iuro diuino et humano caueatur quod nemo militans Deo implicet fo negocijs fecularibus · ftatuimus quod nemo religiofus aut facerdotes ve clerici fanctis ecclefijs aftricti actores vel adminiftratores fecularium perfonarum in negocijs fecularibus fiant · vel adminiftrationes ab eis rerum feu negotiorum fecularium fufcipiant per quas ad ratiocinia teneantur ·

ne et ipſi in ſcandalum eccleſie per ſecularem potentiam grauiter opprimantur et eccleſie ſibi commiſſe ex hoc enormiter ledantur · Quare ſi aliqui aduerſus hoc impoſterum venire preſumpſerint ab eccleſiaſtico miniſterio fiant alieni pro eo quod clericali officio neglecto fluctibus ſeculi vel poteſtatibus ſecularibus ſe immixerunt ·

Item de eodem ·

[23.] Item ſalubri prouiſione decreuimus vt clerici beneficiati de cetero domos aut poſſeſſiones laicas ad opus concubinarum et filiorum ſuorum emere non preſumant · nec etiam ad opus eorum domos conſtruant in feodo laicali · ſet nec etiam pecuniam miniſtrent ad huiuſmodi emenda ad opus illorum · vt ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi · Si quis ſuper hoc habeatur iuſta ratione ſuſpectus niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgauerit ipſius arbitrio puniatur · Preterea · licet teſtamenta legittima clericorum beneficiatorum decedentium volumus obſeruari · nolumus tamen quod concubinis aliquid in teſtamento relinquant · quod ſi de cetero factum fuerit totum illud in vſum eccleſie quam rexit defunctus Epiſcopi arbitrio conuertatur ·

De interdicto ·

[24.] Item ſtatuimus vt cum indultum ſit Hoſpitalarijs ac alijs religioſis quibuſdam ab Apoſtolica Sede · vt in ipſorum iocundo aduentu ad loca interdicta pro ſuis confratrijs ſeu elemoſinis fidelium colligendis ſemel in anno loca iſta debeant aperiri · quod ad diuinorum celebrationem in locis huiuſmodi nominatim excommunicati nullatenus admittantur · et ipſi precipue qui cauſam de teſtamentis dederunt interdicto · Prohibemus etiam quod huiuſmodi exempti funera nominatim excommunicatorum aut publicorum predonum aut violatorum eccleſiarum et aliorum locorum · cum quibus viuis non communicauit eccleſia · eccleſiaſtice ſepulture tradere non preſumant ·

Si vero in aliquo contra premiſſa veniro preſumpſerint priuilegiorum huiuſmodi ipſos fore decreuimus abuſores · ipſos quoque ad eccleſias illas nullatenus admittendos donec ſatiſſactionem ydoneam preſtiterint de offenſa · et quod a loco ſacro extrahantur corpora ſic ſepulta ·

De teſtamentis et vltimis voluntatibus ·

[25.] Statuimus ut cum de bonis in teſtamento cuiuſcunque relictis Ordinarijs locorum certa fuerit ratio facienda · quia Ciſtercienſes · et alii exempti · ad huiuſmodi racionem reddendam nullatenus compelli poſſunt · vt dicunt · quod religioſi huiuſmodi executores nullo modo conſtituantur nec in aliquo bona defunctorum adminiſtrent · quod ſi fuerint conſtituti pro non conſtitutis penitus habeantur ·

De immunitate eccleſiarum ·

[26.] Statuimus etiam quod fugientes ad eccleſiam defendantur ab eadem · niſi fuerint nocturni depopulatores agrorum · aut publici et notorij predones viarum publicarum · aut manifeſti violatores vel fractores eccleſiarum · ſeu a canone vel ab homine excommunicati · In quibus caſibus adhuc ſunt tuendi · donec Dyoceſanus · vel eius Officialis · pronunciauerit ſententialiter eos ab eccleſia non eſſe defendendos ·

Item de eodem ·

[27.] Adicientes quod nullus preſbyter ſeu vicarius · ſeu aliquis alius clericus · aliquem Cruce ſignatum · ſeu clericum captum pro homicidio preda vel latrocinio · maxime ſi ſuper hijs maleficijs fuerint defamati · de manibus balliuorum laicorum requirat ſine iuſſu vel conſcientia Epiſcopi Archidiaconi vel Decani loci illius vbi fuerit requirendus · Prohibemus etiam ne laicus fideiuſſor inveniatur apud balliuum laicum pro talium captorum

deliberatione · ftatuentes quod detentores talium priuilegi[at]orum · poftquam canonice fuerint moniti et requifiti · ad deliberationem eorundem per cenfuram ecclefiafticam compellantur · etc · etc ·

De eodem ·

[28.] Statuimus etiam clericos in quolibet ordine ab ecclefia effe defendendos donec exigente iufticia propter immanitatem criminum a fufceptis ordinibus rite degradentur · Et ne maleficia tranfeant impunita in maleficijs deprehenfi aut manifefti conuicti arcte cuftodie carceris dyocefani · quem quilibet Epifcopus habere tenetur · tales clerici commendentur · ac pane doloris et aqua tribulationis ibidem fuftententur · ne fame vel fiti in carcere fuffocentur ·

De ferijs ·

[29.] Statuimus etiam quod de cetero placita fecularia in diebus Dominicis ac in alijs feftiuitatibus folempnibus minime teneantur · neque in ecclefijs · cimiterijs · aut alijs locis Deo dedicatis · talia placita · et maxime caufe fanguinum aut criminales · per quofcunque iudices feculares locis aut temporibus predictis agitentur ·

Vt libertates ecclefie fine diminutione conferuentur ·

[30.] Statuimus etiam quod nulli permittatur violare aut diminuere libertates feu immunitates et confuetudines rationabiles rerum aut perfonarum ecclefiafticarum hactenus obferuatas ac diuino iure vel humano falubriter et rationabiliter introductas ·

De Cruce fignatis ab ecclefia defendendis ·

[31.] Statuimus etiam auctoritate Concilij Lateranenfis quod Cruce fignati rite ab ecclefia tuendi funt · nifi propter fuorum fcelcrum immanitatem ab ecclefiaftica defenfione fuerint fequeftrati · Et fuper hoc iuftum iudicium Dyocefani modis omnibus expectetur ·

Quod nami non capiantur per laicos in terris ecclefiafticis ·

[32.] Statuimus etiam quod nullus vicecomes · balliuus · vel quicumque laicus · namum capiat vel capi faciat in foro aliquo · vel extra forum · de rebus clerici · vel etiam laici manentis in terris ecclefiarum · vel etiam ad uendendum compellant · fub eftimacione que *forlereỳ* uulgariter dicitur · Quod fi fecus actum fuerit · fi capiens vel capi faciens admonitus res taliter captas aut uenditas · infra terminum fibi ftatutum · non reftituerit et etiam de iniuria fatiffacere contempferit · per excommunicationis fiue interdicti fentenciam · fecuudum quod uidebitur expedire · fine more difpendio coherceatur ·

Quod clericus non trahatur ad forum feculare ·

[33.] Statuimus etiam quod fi ecclefiaftica perfona contra aliam perfonam ecclefiafticam moueat queftionem perfonalem · aut etiam realem · fuper rebus aut aliquibus bonis ecclefiafticis · eam coram iudice ecclefiaftico profequatur · fuper hiis aduerfarium fuum nullatenus ad forum uetitum pertrahendo · Quod fi aliter ab aliquo prefumptum fuerit · fi canonice monitus non deftiterit · actor a iure fiquid fibi competat cadat · reus fi confenciat pro conuicto habeatur · Et nichilominus fi vlterius perfeuerent · et penas predictas contempnant · fecundum facros canones et auctoritate Concilij excommunicati publice denuncientur · ℭ Ad hec cum inuafores ac perturbatores immunitatum · libertatum · et poffeffionum ecclefiafti-

earum · nec non eciam et perturbantes pacem · per aliquas frandes odia vel machinationes · per latam sententiam a canone ipso facto sint excommunicati · auctoritate eorundem canonum et Concilij decreuimus eos debere excommunicatos publice denunciari ·

De decimis et primicijs ·

[34.] Statuimus · secundum diuine legis et humano precepta · quod decime de omnibus que innouantur · videlicet · de blado · feno · lino · de ortis · de molendinis · de piscariis · de fetibus animalium · lana · lacto · caseis quocunque tempore fiant · butiro · pullis · ouis · petariis · silua cedua · de fructibus arborum · negociacione · venacione · aucupacione · et aliis huiusmodi · integre persoluantur illis ad quos pertinere noscuntur · eciam si de aliquibus huiusmodi decime antea non fuerint persolute ·

De decimis ortorum ·

[35.] Ad hec decreuimus quod decime ortorum in ciuitatibus · et burgis · ad quamcunque culturam redigantur · ad uicariam pertineant · Decime uero ortorum in uillis pro qua parte fuerint ad culturam segetis redacti ad personam pertineant · et pro alia parte ad vicarium · Linum uero ubicunque seminetur ad uicarium pertineat ·

De decimis vaccarum ·

[36.] Item de vaccis fetis statuimus · vt · si de earum lacte non fiat casens vel butirum · pro vacca tres denarij per annum · et pro uitulo eius vnus denarius eodem anno pro decimis exigantur ·



De decimis ouium ·

[37.] Item de onibus ftatuimns quod fi ones vel etiam cetera animalia in diuerfis parochiis excreuerint per diuerfa tempora · quelibet ecclefia pro rata temporis decimas percipiat · dum tamen per menfem integrum ad minus in aliqua parochia fteterint · Minoris autem temporis nulla ratio habeatur · Fructus autem toto tempore quo curantur · non quo percipiuntur · accipere debemus · et hoc ipfum inter epifcopatus obferuetur ·

De eodem ·

[38.] Item ftatuimus fi parochianus alicuius ecclefie per menfem uel ultra propter herbam cum fuis aueriis in aliqua parochia commoretur · idem quod fupra dictum eft de ouibus obferuetur ·

[De eodem ·]

[39.] Statuimus quod fi quis moretur in una parochia et emerit oves matrices in alia parochia et eas fibi in alia parochia receperit in qua moram traxerit cum omnibus fructibus illarum videlicet lana agnis et lacte · integram decimam earum folvat ecclefie fue matrici · et ille vicarius computet cum vicario de cujus parochia recepte funt et fibi fatiffactionem faciat communicatis menfibus · et fi contra fecerit per cenfuram ecclefiafticam coarceatur ·

De animalibus que cubant in vna parochia et pafcuntur in alia ·

[40.] Item ftatuimus quod animalium que cubant in una parochia et pafcnntur in alia per totum annum decime diuidantur equaliter · Si autem communiter pafcuntur in utraque parochia et cubant tantum in una · illa in qna

cubant tres partes percipiat · et quarta pars remaneat ecclefie in cuius parochia pafcuntur ·

De decima feni et molendinorum ·

[41.] Item ftatuimus de decimis feni et molendinorum quod integre perfoluantur · quas qui foluere noluerit poft trinam ammonicionem excommunicetur ·

De mercenarijs ·

[42.] Item ftatuimus quod fufficiat a mercenariis qui operas fuas locant pro dimidia marca et infra exigere tres oblaciones per annum pro decima mercedis quam recipiunt ·

De decima pifcationum ·

[43.] Item de decimis pifcatorum ftatuimus quod nulla perfona · uel uicarius · ab alienis parochianis decimas pifcacionum exigere prefumat · nifi quam diu in fua parochia domos conduxerint uel manfiunculas ad inhabitandum fecerint nel ex mutuo feu commodato habuerint · nifi fecus ecclefiarum aliqua legitima prefcripfione fuerit munita ·

Cafus in quibus excommunicantur qui perturbant viros ecclefiafticos feu eorum procuratores ne faciant commodum fuum de decimis fuis ·

[44.] Item ftatuimus ne aduocati ecclefiarum feu quilibet laici inpediant · uel prohibeant · aut aliquo modo compellant · perfonas · uel uicarios · feu procuratores eorum quominus de decimis fuis feu dominorum fuorum libere ualeant difponere · nendere · uel alienare quocunque modo uoluerint · nec eciam fuis uel alienis hominibus prohibeant ne decimas emant

ſeu eciam alias obuenciones · nec eciam clericis aliquod impedimentum preſtent quo minus ad opus proprium eas colligant · et pro arbitrio ſuo de eis diſponant · Quod ſi quis contrafacere preſumpſerit · uel aliquo modo in fraudem eccleſiaſtice libertatis · et ſacrorum canonum · machinatus fuerit · autoritate Concilii Generalis excommunicetur ·

De hiis qui proiciunt decimas in agris ·

[45.] Item ſtatuimus quod quicumque filii perdicionis decimas furtiue ſubripuerint · vi aut clam occupauerint · aut decimas ſegetum ſectas in agris reliquerint · aut per agros proiecerint · et ad horrea ſecundum racionabiles et antiquas conſuetudines deferre contempſerint · eccleſiaſtica cenſura ad ſatiſfaciendum Deo · et eccleſie · ac clericis leſis ſeu dampnificatis · legitime compellantur ·

De eodem ·

[46.] Ad hec ſtatuimus quod iſte ſentencie · in ſingulis eccleſiis ſingularum dyoceſum ad nos ſpectancium · per tres dies ſollempnes ſingulis annis publicentur ·

De conſpiratoribus ·

[47.] Excommunicamus eciam omnes conſpiratores contra proprios Epiſcopos · uel alienos regni · ſeu alios prelatos · et omnes conſpiratoribus conſencientes · eo quod omnes tales ſciſmatici et infames ſunt ·

De obediencia clericorum ·

[48.] Quoniam *melior eſt obediencia quam uictima* et contumacia ſeu inobediencia peccato arriolandi et idolatrie comparatur · ſtatuimus quod omnes

ecclesiaſtici uiri ſuis Dyoceſanis · Archidiaconis · Decanis · in mandatis licitis et canonicis · contumaciter et ſine manifeſta cauſa racionabili reſiſtentes · ab officio ſuſpendantur · et creſcente contumacia pene maiori ſubdantur ·

De Queſtionarijs · quod non niſi ſemel in anno admittantur ·

[49.] Quoniam quidam Queſtionarii uarijs illuſionibus animas ſimplicis populi ſeducunt · ſtatuimus qnod cum aliquis Queſtionarius ad aliquam eccleſiam acceſſerit · miniſtrans in eadem eccleſia eodem die negocium dicti Queſtionarii parochianis ſuis reuerenter exponat · ſecundum qnod in literis Domini Pape et Ordinarii continetur · ita quod dictarum literarum tenorem nullatenns excedat · Ad alium autem diem infra annum illum eundem Queſtionarium in eadem eccleſia pro eodem negocio nullo modo admittat · ¶ Ad hoc ſtatuimus firmiter obſeruandum quod a principio Quadrageſime vſque ad octauas Paſche negocium fabrice Glaſguenſis eccleſie omnibus diebus Dominicis et feſtivis fideliter et diligenter in ſingulis eccleſijs poſt Euangelium Miſſe parochianis exponatur · et indulgentia eidem fabrice ſubuenientibus conceſſa · qnam in qualibet eccleſia ſcriptam eſſe precipimus · aperte et diſtincte eiſdem parochianis vulgariter dicatur · et elemoſine eorundem ac bona decedentium ab inteſtato · ac etiam pie legata · ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam · fideliter colligantur · et Decanis locorum in proximis capitulis ſine diminutione aſſignentur · Et infra dictum terminum nullus queſtionem pro negocijs alijs in eccleſijs parochialibus admittat ·

Quod excommunicati ſint ſubnertentes libertatem eccleſie ·

[50.] De prelatis et clericis ſtipendiis eccleſie militantibus · qui contra canonicas ſanctiones · et libertates eccleſiaſticas · et conſuetudines eccleſie Scoticane hactenus obtentas · conſilium et auxilium laicis inpendunt · et maxime de

D

eis qui literas dictant · fcribunt · et confignant · feu ftatuta condunt · per que iura et ftatuta · feu libertates ecclefie · et confuetudines huiufmodi poffunt fubuerti · et de aliis · fcilicet · ftatu[t]ariis · et confiliariis · et eorum fautoribus · ftatuendo decreuimus quod · quia omnes tales in canonem late fentencie incidunt · pro excommunicatis publice denuncientur · ¶ Si quis uero beneficiatus in pofterum fuper aliquo premifforum fuerit conuictus · auctoritate iftius ftatuti nouerit fe beneficio fuo fore priuatum · Si preditus dignitate · uel prelatura aliqua · huiufmodi attemptare prefumpferit · omni dignitate careat et honore · Si laicus · et ab ecclefia feodatus · feodo fuo priuetur · Si clericus huiufmodi facere prefumat · et poftea ad beneficium ecclefiafticum fuerit prefentatus · nullatenus admittatur · nifi prius coram loci Dyocefano fuam fuper hoc canonice purgauerit innocenciam ·

Infrafcripti excommunicandi funt quater in anno ·

[51.] Item ftatuimus quod in fingulis ecclefiis · tam militum quam aliorum · quater in anno · in proximis Dominicis poft obferuacionem Quatuor Temporum · excommunicentur in genere · fortilegi · venefici · incendiarii · ecclefiarum fractores · falfarii · ufurarii manifefti · et fcienter impedientes teftamenta legitime facta · et eciam omnes impedientes Ordinarios quo minus de bonis ipforum decedencium ab inteftato fecundum confuetudinem ecclefie Scoticane rite ualeant ordinare · laici detinentes inuadentes fraudantes et auferentes poffeffiones feu alia quecunque iura ecclefiaftica et libertates · omnes illi qui in beneficio ecclefiaftico fe intrudunt · et teftes fcienter periuri per quos aliquis amittit hereditatem aut beneficium ecclefiafticum feu terrenum · raptores etiam publici et notorij · et omnes fcienter receptantes fures vel raptores vt furentur vel rapiant vel [qui] eos manutenent vel pro eis fideiubent cum ex dicta caufa querelantur · ¶ Contra latronum et predonum flagicia · quibus nimis habundat regio Scoticana · quod nequaquam effet vt accepimus nifi maiores eos defende-

rent et manutenerent aut pro eifdem fcienter et prudenter fideiuberent · fic duximus ftatuendum vt nemo eos protegat manuteneat feu defendat · vel in domibus teneat vel villis · quos fciuerint vel manifeftum fuerit latrocinium aut predam exercere · Eos autem qui contra fecerint · fi tertio commoniti per ecclefiafticum iudicem ipfos a fe non abiecerint · ecclefiaftice excommunicationi fubiugamus · Monitionem autem volumus et ftatuimus fufficere generalem · etfi fiat alicuius nomine non expreffo · dum tamen ita publice ac folempniter fiat quod ad eorum notitiam valeat peruenire · ℭ Item omnes qui in caufa matrimoniali falfas exceptiones maliciofe opponunt · vel opponi procurant · vel qui in caufa matrimoniali falfum perhibent teftimonium fcienter · vel id fieri procurant · vel teftes fubornant · excommunicationis fentencie fe nofcant fubiacere ·

De eodem ·

[52.] Item excommunicamus omnes illos qui pacem Regis et regni perturbant et omnes illos qui odii vel lucri caufa alijs crimina falfa imponunt pro quibus mors vel exilium vel membrorum mutilatio vel exheredatio feu bonorum fpoliatio fequi debeat fi iudicialiter conuincantur ·

De excommunicato per vnum Epifcopum denunciando per alios et de interdicto promulgando in terras excommunicati fi per quadraginta dies in pertinacia perfeuerauerit et de pena prelatorum ifta non obferuantium ·

[53.] Statuimus etiam quod quociens aliquis ex nobis Epifcopis in aliquem nobis iure dyocefano fubditum fentenciam excommunicationis ob aliquam caufam rationabilem et legittimam promulgauerit · et eandem alicui noftrum demandauerit publicandam et de[nunci]andam · quilibet noftrum eam per fuam dyocefim faciat publicari · et ipfum delinquentem denunciet excommunicatum et eundem tanquam excommunicatum per fe ipfum euitet

et quatenus in ipſo eſt ab alijs faciat euitari · Et ſi talis excommunicatus in ſua pertinacia per quadraginta dies · claues ecclesie contempnendo · animo perſeueraucrit indurato · et idem excommunicator ex tunc terras ipſius excommunicati in dyoceſi ſua ſitas · et loca per que tranſierit et per triduum et amplius in eiſdem fecerit moram · eccleſiaſtico ſuppoſuerit interdicto · et idem interdictum alicui noſtrorum demandauerit publicandum · quilibet noſtrum terras eiuſdem excommunicati in dioceſi ſua ſitas ſimiliter ſupponat interdicto quouſque per eundem excommunicatorem dicte ſententie fuerint relaxate · Loca vero per que talis excommunicatus tranſierit et quamdiu ibi moram fecerit ſimiliter eccleſiaſtico ſupponat interdicto · Vt tamen regie maieſtati debitus honor differatur ſi idem excommunicatus in comitatu domini Regis · vel eciam Regine conſortis · ſeu communis congregationis ipſius regni magnatum · extiterit · tunc Dyoceſanus loci eius · per ſe vel per alium · talem eſſe excommunicatum denunciet · eoſdem canonice inducendo vt ipſum excommunicatum a ſua communione repellant et euitent et a ſuis faciant euitari · Alioquin · cum ſibi videantur fauere qui manifeſto facinori negligunt obuiare · idem locus quo moram fecerit talis excommunicatus per Dioceſanum eccleſiaſtico ſupponatur interdicto · exceptis tamen Regis et Regine liberorumque ſuorum capellis in ſua dignitate feliciter duraturis · Et vt diuinus timor incutiatur fortius obſtinatis ad excommunicatorum inſolentiam reprimendum ſi neceſſe fuerit brachij ſecularis auxilium prout Catholicorum Regum temporibus fieri conſueuit et de iure debuit inuocetur · Et ſi aliquis noſtrum aliqua leuitate ab hac eccleſiaſtica et diuina obſeruatione receſſerit vel in aliquo eam impedierit per ſacri Conſilij deliberationem fratrum ſuorum atque prelatorum conſilijs careat aliorum ·

De pena inceſtus clericorum ·

[54.] Si quis ſacerdos cum filia ſua ſpirituali fornicatus fuerit ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe · id circo ſi femina laica ſit omnia derelinquat et

res ſuas pauperibus tribuat et conuerſa in monaſterio Deo vſque ad mortem ſeruiat · Non debet Epiſcopus vel preſbyter commiſceri cum mulieribus que ijs confeſſe ſunt peccata · ſi forte quod abſit ſic contigerit ſic peniteat quomodo et de filia ſua ſpirituali · Epiſcopus annis quindecim preſbyter annis duodecem peniteat · et deponatur tamen ſi in conſcientiam populi venerit ·

Quod abſolutio excommunicationis non ſit extorquenda per laicos ·

[55.] Cum laicis de rebus ſeu perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas diſponendi · quibus obſequendi manet neceſſitas non autoritas imperandi · ad extirpandum conſtitutionis vicium quod nuper inoleuit in ſubuerſionem eccleſiaſtice libertatis · per quod gladius ſpiritualis et claues eccleſie gladio materiali ſubjiciantur · duximus ſtatuendum quod nullus qui iuriſdictioni preeſt ſentenciam excommunicationis interdicti ſeu ſuſpenſionis in ſubditos ſuos ex quacunque cauſa latam ad mandatum alicuius ſecularis poteſtatis de cetero preſumat relaxare · Si vero ſecularis poteſtas · in pertinacia ſua perſeuerans · ad relaxandum ſentencias per res eccleſie mobiles aut immobiles ſeu quouis alio modo aliquem compellat · loci Dyoceſanus auctoritate canonis et Concilij puniat huiuſmodi delinquentem ·

De baptifmo ·

[56.] Quoniam baptifmus prima tabula eft poft naufragium · et magna eft virtus et efficacia huius facramenti cum ab ipfo Deo inftitutum fit et eius fanguine rubricatum · precipimus vt hoc facramentum celebretur cum honore et reuerentia et magna cautela maxime in diftinctione verborum in quibus tota vis huius facramenti confiftit et falus puerorum · Forma autem baptizandi hec eft · EGO BAPTIZO TE IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI · AMEN · In Romano vero et etiam Anglico ydiomate fub eadem forma doceant facerdotes frequenter [laicos] et poffe et debere baptizare pueros in neceffitate · Et pater et mater baptizent filium fuum in neceffitate cum alie defint perfone et fine preiudicio matrimonij · Fontes fub fera claufi cuftodiantur · Crifma fimiliter et facrum oleum et euchariftia fub claue cuftodiantur · Si vero hij ad quos fpectat cuftodia ea incaute reliquerint · tribus menfibus ab officio fufpendantur · et fi per eorum incuriam aliquid nepharium inde contigerit · grauiori fubiaceant vltioni · Baptifterium habeatur in qualibet ecclefia baptifmali lapideum vel ligneum competens quod decenter cooperiatur et reuerenter conferuetur et in alios vfus non conuertatur · Aqua in qua baptizatus fuerit puer vltra feptem dies in baptizaterio non feruetur · Si vero puer a laico domi baptizatus fuerit aqua propter reuerentiam baptifmi vel in ignem fundatur vel ad ecclefiam deferatur in baptifterium fundenda · Item vas illud in quo baptizatus fuerit vel in igne comburatur vel ad vfus ecclefie deputetur · Cum autem laicus in neceffitate baptizauerit puerum facerdos poftea diligenter inquirat ab eo quid dixerit [et] quid fecerit · et fi inueniat laicum difcrete et in forma ecclefie baptizaffe in quocunque ydiomate approbet factum · Sin autem ipfe facerdos baptizet puerum fic dicendo · N · NON TE BAPTIZO [SI BAPTIZATUS ES] SET SI NON ES BAPTIZATUS BAPTIZO TE IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI · AMEN · Sub ifta forma

pneri de quibus dubium eſt an ſint baptizati baptizentur · Cum vero a laico baptizatus fuerit infans poſtmodum allato puero ad fores eccleſie ſnppleatur a ſacerdote quod deeſt ſcilicet pa[ul]ulum ſalis et aurium et narium linicio cum ſaliua · exorciſmi etiam dicantnr · et ad fontes omnia fiant puero que fieri ſolent ſine immerſione et aque benedictione · Quando autem baptizatus fuerit puer de quo dubinm eſt an baptizatus fuerit omnia fiant a ſacerdote dum tamen ante immerſionem dicantnr verba ſupradicta NON TE BAPTIZO [ETC.] · Ad leuandnm vero puerum de fonto tres ad plus admittantur perſone in baptiſmo · marem dno mares et vna femina ſuſcipiant · femina vero duabns feminis et vno mare ſuſcipiatnr · Plures [tamen] tanqnam teſtes non tanquam patrini ſi haberi potuerint habeantnr propter varias cauſas · Panni autem criſmales non niſi in vſus ornamentorum eccleſie connertantur · nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati alijs ad baptizandum prece vel precio tradantur · Similiter alia ornamenta eccleſie que pontificalem acceperunt benedictionem nullo modo in prophanos vſus conuertantur · Femine moneantur vt pueros ſuos caute alant et iuxta ſe de nocte non collocent [teneros] ne opprimentur · ſolos in domibus vbi ignis fuerit vel ſolos iuxta aqnam non relinqnant · et hoc omnibus diebus Dominicis dicatnr ·

De ſacramento confirmationis ·

[57.] Quum ſacrament[um] confirmationis ad robur datur pueris ſacerdotes cnm audierint aduentum Epiſcopi moneant populnm vt deferant pueros ad Epiſcopum confirmandos · Adultus autem ſi tempus habuerit confitendi prius confiteatur quam confirmetur · Hoc etiam laicis intimetur quod contrahitur in hoc ſacramento ſicut in ſacramento baptiſmatis proximitas ſpiritualis inter illos qui ſuſcipiunt pueros et illos quorum ſunt pueri et etiam illorum pueros · Mas vero marem coram Epiſcopo teneat et femina feminam.

De facramento penitentie ·

[58.] Qunm remiffionem peccatorum per veram confeffionem confequimur precipimus vt facerdotes in danda penitencia diligenter attendant qua[nt]itatem pe[nitenci]e et qua[li]itatem delicti locum tempus caufam et moram in peccato factam et alias peccati circumftancias · fimiliter deuotionem penitentis et figna contritionis attendant · In audiendo confeffionem facerdos habeat vultum humilem et oculos ad terram demiffos · nec fepius indifcrete faciem refpiciat confitentis et maxime mulieris · et pacienter audiat quicquid dixerit et in fpiritu lenitatis eum fupportet et ei pro poffe perfuadeat [et] plurimis modis quod integre et de omnibus peccatis peniteat et confiteatur aliter vero confeffio non eft vera · P[eccat]a inquirat vfitata fingillatim invfitata autem non nifi a longe [et] per circumftancias vt fic expertis detur materia confitendi et inexpertis nulla detur occafio delinquendi · Perfonarum nomina cum quibus [confitens] peccauerit non inquirat [facerdos] fet per confeffionem poteft inquirere vtrum laicus vel clericus facerdos vel diaconus vel monachns fuerit · Moneantur autem laici in principio Quadragefime confiteri et cito poft lapfus · Precipiat etiam parochianis fuis vt poftquam ad annos difcretionis peruenerint omnia peccata fua femel in anno confiteantur proprio facerdoti vel alteri ad eius licentiam · et reuerenter ad minus in Pafcha euchariftie facramentum percipiant nifi forte de confilio proprij facerdotis ob aliquam rationa[bi]lem caufam ad tempus ab eius perceptione duxerint abftinendum · alioquin et viui ab ingreffu ecclefie arceantur et mortui Chriftiana fepnltura careant · Caueat autem facerdos omnino ne verbo aut figno aut aliquo modo peccatorem prodat · et fi prudentiori confilio indiguerit illud abfque expreffione perfone vlla caute inquirat · In dubijs vero femper confultet Epifcopum aut difcretos viros quorum confilio certificatus fecur[i]us valeat foluere vel ligare ·

De facramento Ewkariftie ·

[59.] Excellentiffimum Dominici corporis et fanguinis facramentum cum reuerentia deuotione et honore tractetur · et propter hoc diftricte procipimus quod facerdotes circa ea que ad fubftantiam facramenti corporis et fanguinis Domini [pertinent] fint diligentes prouifuri quod Euchariftia in munda pixide conferuetur · noc vltra feptem dies conferuentur hoftie confecrate fet qualibet die Dominica innouentur ita quod poft receptionem hoftie recenter confecrate ante fumpfionem fanguinis Dominici referuate hoftie a celebrante Miffam fumantur vel aliquo bone confcientie · habeaturque certitudo circa hoftiam confecratam vt non fumatur non confecrata pro confecrata nec confecrata iterum confecretur · Sacerdos autem miniftraturus diligentor confideret vt hoftia de puro frumento fit et integra et integrum habeat circulum et quod maior pars vini et modica aque que a vino obforberi poffit ponantur in calice · Caueat ne vinum fit acetum vel corruptum · Item precipimus vt facerdotes habeant canonem correctum et verba canonis in Miffa rotunde dicantur et diftincte · Omnes hore et omnia officia aperte et diftincte dicantur ita quod de feftinatione nimia verba non precidantur nec cincopentur ·

De celebratione Miffarum ·

[60.] Item in celebratione Miffe hoftiam confecratam pacem daturus facerdos ori fuo non apponat quia ante perceptionem eam ore tangere non debet · Si vero de patena ficut quidem faciunt eam fumat poft celebrationem Miffe tam patenam quam calicem faciat aqua perfundi vel folum calicem fi eam de patena non fumat · Habeatque facerdos iuxta altare pannum mundiffimum alio panno circumdatum vndique [et] honofte ac decenter coopertum in quo poft fumptionem facramenti falutaris digitos cum labijs tergat ablutos · habeatque facra[ri]um fuper fe honeftum operculum · Hoftiam

vero non eleu[et] antequam ista verba predicantur HOC EST CORPUS MEUM · Item si sacerdos necesse habuerit bis in die celebrare [aliquo] casu · quod nisi in die Natiuitatis vel Resurrexionis Dominice vel quando aliquod corpus presens est in ecclesia tumulandum vel aliqua euidens vrgens necessitas fieri prohibemus · post primam celebrationem et corporis et sanguinis sumptionem nihil in calicem fundatur quod a celebrante sumatur sed tantum post celebrationem subsequentem · Post vero [primam] celebrationem diligenter absorbeantur stille de calice et quod fuerit superfluum in calice digitis sumatur ab aliquo bone conscientie vel referuetur in vase mundo ad [id] specialiter deputato et post celebrationem secunde Misse sumatur a sacerdote ·

De custodia Euukaristie et visitatione infirmorum ·

[61.] Hijs addimus etiam quod cum Eukaristia ad egrotum fuerit deferenda habeat sacerdos pixidem mundam in qua sit bursa mundissima et in ea deferat corpus Dominicum ad egrotum lintheo mundo superposito [et] lucerna precedente et tintinnabulo ad cuius sonitum excitetur deuotio fidelium nisi eger fuerit valde remotus · Habeatque sacerdos stolam quamdam quando vadit ad egrotum · et si egrotus remotus non fuerit in superpellicio decenter ad ipsum accedat si aeris temperies patiatur · Habeatque vas argenteum vel stanneum ad hoc specialiter deputatum quod deferat secum ad egrotum vt in eo valeat dare egroto post sumptam Eucharistiam suorum [loturam] digitorum · Deferat autem sacerdos corpus Dominicum ante pectus suum reuerenter ·

De extrema vnctione ·

[62.] Moneant diligenter sacerdotes infirmos parochianos suos a quatuordecim annis et supra ad extremam vnctionem · et omnibus petentibus et penitentibus gratis et libenter exhibeant hoc sacramentum · Item denuncient

eis quod hoc facramentum poteft iterari fcilicet in qualibet infirmitate de qua timetur metus mortis et quod poft hoc facramentum licet conuerti ad opus coniugale et ad alia vt prius licita · Oleum autem infirmorum cum reuerentia deferatur ad infirmos et eos cum honore faccrdos vngat et orationum celebritate que ad hoc funt ordinate · et nihil inde nec pro alijs facramentis exigatur ·

De vita et honeftate clericorum ·

[63.] Vt clericorum actus et mores in melius reformentur continenter et cafte viuere ftudeant vniuerfi prefertim in facris ordinibus conftituti ab omni libidinis vicio precaueantes · Et crapulis et ebrietate omnes clerici diligenter fe abftineant · Commercia fecularia non exerceant maxime inhonefta · Tabernas euitent prorfus nifi caufa neceffitatis forte in itinere conftituti · Coronam et tonfuram habeant competentem · Sacerdotes deferant cappas claufas nifi iufticia timoris exigerit habitum mutare [vel] tranfformare · ceteri vero clerici in habitu in geftu et in omnibus honefte fe habeant · Ab illis fe perfonis penitus abftineant que in Generali Concilio continentur · Sacerdotibus vero precipue et perfonis fub periculo officij et beneficij diftricte precipimus vt continenter et honefte viuant · concubinas fuas procul expellant et nullam familiaritatem cum eis de cetero habeant nec in domibus proprijs nec alienis nifi velint officijs et beneficijs contra hoc agendo priuari · Aduocatis vero fi fint clerici infra facros [ordines] vel facerdotes in foro feculari nifi proprias caufas perfequantur vel miferabilium perfonarum precipimus vt [non fe immifceant fed] officijs ecclefiafticis diuinis et alijs bonis ftudijs fe exerceant diligenter · Diuinum vero officium nocturnum pariter et diurnum quantum Deus dederit ftudiofe et deuote celebrent · Ad hec precipimus vt quelibet ecclefia habeat calicem argenteum cum vafis decentibus et honeftis · Sindonem mundam et candidam amplitudinis congruentis · lintheamina et omnia alia ornamenta que ad altaris fpectant officium habeant competentia · et libros ad pfallen-

dum ydoneos et legendum et facerdotalia indumenta fufficientia pariter et honefta · Et quia nimis abfurdum eft in facris fordes negligere que dedecerent in prophanis diftricte precipimus quod vafa minifterij et veftimenta miniftrorum et pallia altaris nec non et ipfa corporalia nitida et munda cuftodiantur · ne propter quorundam incuriam vel veftimentorum turpitudinem vel forditatem quibufdam fiut horrori · Cereus quoque Pafcalis quolibet anno de noua cera fiat · et cera de qua factus fuerit poft Pentecoften ad ecclefie vfus conuertatur nec inde amoueatur ·

Que relinquenda funt fucceffori ·

[64.] Ad hec facre fynodi approbatione ftatuimus quod fi rector alicuius ecclefie deceflerit et ecclefia fua relicta fuerit fine indumentis facerdotalibus competentibus vel fine libris vel fine vtrifque · vel fi forte domos ecclefie reliquerit dirutas vel ruinofas · de bonis eius ecclefiafticis tanta portio educatur que fufficiat ad reparandum hec et defectus ecclefie fupplendum · Vtenfilia quoque domus fucceffori fuo relinquat ·

Quod noui cenfus non imponantur ecclefie ·

[65.] Sicut in Generali Concilio eft ftatutum firmiter prohibemus ne noui cenfus imponantur ecclefijs · nec veteres augeantur · quodcunque contra hoc actum eft ficut in eodem Concilio cautum eft irritum habeatur · Nouerint etiam prefentati quod de cetero iurabunt quod nec promiffio nec pactio aliqua interfit inter ipfos et prefentatores propter beneficium habendum et maxime de augenda penfione ·

De matrimonio ·

[66.] Quum matrimonium ab ipfo Deo in Paradifo nofcitur inftitutum · et quoad originem primum eft inter alia facramenta · vt liberius et canouice

de cetero contrahatur · precipimus vt nulli detur fides de matrimonio contrahendo nisi coram sacerdote et tribus vel quatuor viris fidedignis ad hoc specialiter conuocatis · Nullus sacerdos presumat aliqnas personas matrimonialiter coniungere nisi prius terna denunciatione in ecclesia publice et solempniter premissa secundum formam Concilij Generalis ita quod qui voluerit et valuerit legitimum impedimentum opponat · Inhibeant etiam sacerdotes sub pena excommunicationis ne quis celet impedimenta matrimonij maliciose et ne quis maliciose matrimonium impediat · Ipse etiam presbyter nichilominus inuestiget vtrum aliquod impedimentum obsistat cnmque apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam contractus interdicatur expresse donec quid fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis · Clandestina quoque matrimonia fieri prohibemus inhibentes ne qnis sacerdos talibus interesse presumat et qui contra hoc fecerit canonice puniatur · Denuncient etiam presbyteri parochianis suis quod matrimoninm prohibitum est infra quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis · vltra qnartum gradum legitime contrahitur · Inter compatres et commatres et inter filium et filiam et inter susceptum et susceptam et filinm et filiam suscipientis matrimonium interdicimus · Statuimus etiam vt capellani parochianos suos publice fornicarios statim compellant cum fornicarijs suis contrahere aut eas simpliciter abiurare nulla conditione adiecta ·

Tuendi sunt fugientes ad ecclesiam ·

[67.] Firmiter prohibemus ne quis fugientes ad ecclesiam quos ecclesia debet tueri inde violenter abstrahat aut ipsos circa ecclesiam obsideat vel eisdem subtrahat victualia ·

Quod honefte feruentur ecclefie ·

[68.] Prohibemus etiam ne choree vel turpes et inhonefti ludi qui ad lafciuiam inuitant in ecclefijs vel cimiterijs fiant · nec caufe feculares maxime in quibus agitur de iudicio fanguinis in eifdem tractentur · Statuimus etiam vt cimiteria per circuitum honefte claudantur ne immundis et brutis animalibus pateat ingreffus · Ecclefie quoque integre et honefte fine ruina cuftodiantur ·

[Infrafcripti] excommunicandi funt quater in anno ·

[69.] Excommunicentur quater in anno per totam dyocefim forciarij et incendiarij manifefti · vfurarij · malefici · raptores publici · maliciofe impedientes teftamenta legittime facta · fcienter periuri per quos aliquis amittit hereditatem [aut] beneficium ecclefiafticum vel terrenum ·

Dande funt decime de omnibus que renouantur ·

[70.] Item decime reddantur de omnibus que renouantur per annum · videlicet · de agricultura negociationibus feno lino lana et lacte · et de prouentibus molendinorum · et de omnibus alijs honeftis fructibus · fecundum confuetudines approbatas hactenus et obtentas ·

Quot collecte dicende funt in Miffis ·

[71.] Sacre synodi approbatione falubriter duximus ftatuendum vt per dyocefim noftram in celebratione Miffarum preter quam in feftis duplicibus dicantur quinque collecte vna de pace ecclefie fcilicet · *Ecclefie tue qu[efumu]s Domine preces [placatus admitte · ut deftructis aduerfitatibus et erroribus vniuerfis · fecura tibi feruiat libertate · Per Dominum etc.]* alia pro

domino noftro Rege et Regina et eorum filijs fcilicet · *Deus in cuius manu corda funt regum* · [*qui es humilium confolator* · *et fidelium fortitudo* · *et protector omnium in te fperancium* · *da Regi noftro et Regine* [*et eorum liberis*] *populoque Chriftiano triumphum uirtutis tue fcienter excolere* · *ut per te femper reparentur ad ueniam* · *Per Dominum etc.*]

De vifitatione infirmorum ·

[72.] Item cum prefbyterum ad infirmum vocari contigerit fi audita eius confeffione forte teftari voluerit ipfum diligenter moneat et inducat vt fecundum facultates fuas refpiciat fabricam ecclefie cathedralis cum ab ipfa parochiales ecclefie documenta falutis accipiant · Fiant in huius exfecutione ftatuti per fuperiorem prout expedire viderit ·

[De] monitionem faciendo leprofis ·

[73.] Item de hijs qui lepro morbum incurrunt et de confuetudine generali a communione hominum feparantur ftatuimus vt cum tales ad loca fe transferunt folitaria moneantur efficaciter a prefbyteris in eorum receffu vt parochialem ecclefiam refpiciant fecundum fuarum exigenciam facultatum · ad quod fi induci nequiuerint nulla eis coactio inferatur · cum afflictis non debeat addi afflixio fet ipforum miferijs fit pocius miferendum ·

Quod periuri in matrimoniali caufa mittendi funt ad Epifcopum ·

[74.] Item ftatutum a predeceffore noftro editum innouando firmiter prohibemus ne prefbyter parochialis aliquem in caufis matrimonialibus aut alijs fpontanee peierantem ad confeffionem fufcipiat · fet omnes tales ad noftram prefenciam veniant a nobis [penitentiam] recepturi ·

De exequijs mortuorum ·

[75.] Item ad funera et exfequias mortuorum laicorum cantus vel choreas fieri prohibemus · cum non deceat de aliorum fletu ridere fet ibidem pocius de huiufmodi fit dolere ·

Quod lucte et ludi non fiant in ecclefijs nec in cimiterijs ·

[76.] Huic etiam prohibitioni duximus ad[d]endum vt in aliquibus feftiuitatibus infra ecclefias vel cimiteria lucte vel ludi de cetero fieri non permittantur · et qui ter monitus a facerdote loci ab huiufmodi ceffare noluerit ingreffus ecclefie interdicatur eidem · Qui fufpenfus a fua infolencia non deftiterit excommunicationis fentencie innodetur ·

[Sacramentum Euchariftie non eft denegandum parochianis ob non folutionem decimarum aut oblationum fuarum ·]

[77.] Item audiuimus a quibufdam cum in die Pafche fideles Chrifti fufcipere debent Euchariftie facramentum quidam prefbyteri · quod dolentes referimus · illud preftare denegant impudenter nifi prius oblationes fuas tunc porrigant ad altare · et eodem die exactiones faciunt a laicis corpus Chrifti tenentes in manibus ac fi dicerent · *Quid mihi vultis dare et ego eum vobis tradam* · Quod amodo fieri prohibemus fub obteftatione diuini iudicij diftrictius · permittentes vt prefbyteri parochianos fuos tempore congruo ad folutionem decimarum et iurium aliorum per cenfuram ecclefiafticam prima ratione compellant ·

Excommunicandi ſunt qui prohibent ſuos ne emant decimas ·

[78.] Item quorundam relatu nobis innotuit quod quidam domini feodorum homines ſub ſe manentes a rectoribus eccleſiarum decimas emere non permittant · cum eas oporteat vendere · vel ponere ad firmam · et in locis ſilueſtribus remotis colligi nequeant ab ciſdem · Hoc de cetero modis omnibus fieri prohibemus decernentes vt qui talia commiſerint · ſi commoniti non deſtiterint · a ſuis preſbyteris excommunicationis ſentencia percellantur.

De locato et conducto ·

[79.] Item firmiter prohibemus ne de cetero ad firmam eccleſie conferantur niſi de conſciencia Epiſcopi et Archidiaconi fiat conuencio · ex qua plurime litere conſcribantur quarum vna remaneat penes ipſos · Item firmarius eccleſie eam alij non tradat ad firmam · cum negociatio quedam videatur ſub optentu ſecularis commodi et negociatio clericis ſit penitus interdicta ·

Quod rectores ordinentur et ſeruiant eccleſijs ·

[80.] Item irrefragabili conſtitutione ſancimus vt rectores eccleſiarum ad primos ordines veniant ordinandi ita quod quam cito fieri poterit commode ordinentur · Qui parochialem habet eccleſiam amodo per ſeipſum illi deſeruiat in ordine quem ipſius eccleſie cura requirit niſi prius in eadem vicarium habuerit canonice inſtitutum · Qui vero ex diſpenſatione plures eccleſias habuerit parochiales vni earum deſeruiat · ydoneis et perpetuis vicarijs in alijs conſtitutis · Et qui nec vicarium habuerit nec reſidere voluerit illa ſe ſciat Lateranenſis Concilij auctoritate priuatum libere alij conferenda qui quod dictum eſt velit et valeat adimplere ·

Quod laici non teneant placita in ecclefia ·

[81.] Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus ne laici teneant placita fua fecularia in ecclefijs vel cimiterijs · et ne laici fecus altare quando facra mifteria celebrantur ftare vel federe inter clericos prefumant · excepto domino Rege et maioribus regni quibus propter fuam excellentiam in hac parte duximus deferendum ·

Quod focarie et concubine facerdotum vel clericorum beneficiatorum non admittantur in ecclefiam ·

[82.] Item prohibemus fub interminatione anathematis ne focarie [et] concubine facerdotum · vel clericorum beneficiatorum · vel infra facros ordines pofitorum · admittantur in ecclefijs ad aquam benedictam · vel pacis ofculum · vel ad aliquam communionem fidelium · Nec alique fornicarie ab aliquibus in domibus vel in terris fcienter et prudenter receptentur ·

Quod matrimonia fine bannis non contrahantur ·

[83.] Item prohibemus ne qui matrimonium contrahant fine terna denunciatione folempniter facta in ecclefia vbi degunt fi in eadem parochia manent · fi in diuerfis in vtraque denuncientur fponfalia · et ne contrahantur fine fidelibus teftibus et legittimis ·

[De teneris infantibus cuftodiendis ·]

[84.] Item prohibemus ne matres aut nutrices teneros infantes in cubilibus fecum collocare prefumant propter frequentiam emergentium periculorum ·

De potibus dandis egrotis ·

[85.] Item prohibemus ne aliquis medicine ignarus ſub pallio medicine potationes herbarum mortiferarum alicui conferat egrotanti · nec aliquid ſortilegium faciat vel exerceat ·

De capellanis conducendis ·

[86.] Item prohibemus ne quis recipiatur capellanus ad curam parochie ibidem moram facturus ad minus quam per vnius anni ſpatium · nec inde ſine rationabili cauſa Archidiacono expoſita recedat · Diſcedentem vero abſque literis Archidiaconi nullus audeat recipere aut tenere ·

[De decimis minutis ·]

[87.] Statuimus de vitulis qui in montibus nafcuntur detur decimus cum pelle et intefti[nis] · Item detur decimus vitulus vel nonus vel undecimus detur tertius in electione · Item de qualibet gallina duo ova · Pulli aucarum decimantur · Item de agno obulus · de edo quadrans vel tertius in electione · Item de porcello obulus · Item omnes artes mechanice decimantur mediante juramento deductis expenfis ·

[De mortuariis ·]

[88.] Item de mortuario ab inteftato habito prius ecclefie debito tertia pars tertie defuncti debetur ecclefie · A teftato vero debitis prius temporalibus probatis et deductis peculium dividatur in tres partes · pars defuncti fi excefferit eft mortal' ejus valorem vacca detur matrici ecclefie · Si dicatur quod defunctus nichil habeat credatur juramento duorum vicinorum / major pannus et melior detur · Tricennale dividatur inter perfonam et capellanum et fic anniverfarium · Item fi aliquis moriatur fine pecul[i]o cogantur heredes habentes ad folvenda debita ecclefie pro ipfo · Item infantes morientes de peculio adventitio folvantur debita ecclefie · Item de infantibus quorum matres moriuntur / non minus folvant quam parentes ecclefie · Item defunctus non moveatur de loco ubi moritur nifi de licencia proprii facerdotis per cujus diftributionem exequie fuerint omnino ecclefie · Si defunctus elegat fepulturam primo deferatur ad matricem ecclefiam et relictis ibidem debitis deducatur ad locum quem elegit · ℂ Nota fi unus homo in duabus parochiis moratur et moritur in una earum utreque ecclefie dabit corporale exennium et pannum fuperiorem nifi fuerit liber tenens ·

[De cereo Pafchali ·]

[89.] Item de cereo Pafchali nummus a quolibet habente per fe domum vel exiftente in domo alterius habente peculium · nummus dominicalis cum candela et pane a quolibet habente per fe domum vel valorem dimedie marce vel exiftente in domo alterius · Cum cathecumino deferatur candela et veftis munda et candida · ad purificacionem tres candele ·

[De confeffione mulierum gravidarum ·]

[90.] Item quelibet mulier gravida in principio noni menfis veniat ad ecclefiam et confiteatur et fumat corpus Chrifti · alioquin prefbyter non ibit ad ipfam ·

[De Euchariftia et vifitatione infirmorum ·]

[91.] Ab hora vefpertina ufque ad lucem fequentem non portetur Euchariftia extra ecclefiam ad aliquem infirmum antequam informetur nifi ad illum qui fubito infirmatur ·

De herbagio fpectante ad facerdotem ·

[92.] Ubi non fit terra libera ecclefie octo vacce capellani cum equo fecundum ordinem pafcantur per quatuor vias ita quod in herbagio ftatutis veniant ad ecclefiam · Item de herbagio fecundum taxationem vicinorum omnibus animalibus cujuflibet ville computate in parochia dividantur in novem partes et ad numerum decime partis ad herbagium introducantur animalia ab ecclefia ·

[De choro non intrando et de cemeteriis ·]

[93.] Statuimus etiam quod laici non intrent chorum nifi fint milites vel barones vel ecclefiarum fundatores · Et maxime mulieres non intrent chorum tempore Miffo · Item ne laici intrent temporibus capitulorum noftrorum nifi fint citati vel vocati · Etiam quod non teneant placita fua in cimiteriis nec tractent ·

[De refugiis ·]

[94.] Item ftatuimus quod in qualibet ecclefia baptifmali vel in aliqua ubi fepultura eft / tutum fit refugium unicuique cui conceditur de jure per triginta paffus cimiterium in circuitu ·

[Que beneficia rectoribus funt folvenda ·]

[95.] Item ftatuimus quod beneficium quod per rectoris cuftodiam folvitur fi in cimiterio vel in ecclefia cuftodiatur ecclefiarum rectoribus folvatur ·

[Que amerciamenta perfonis ecclefiafticis funt folvenda ·]

[96.] Item ftatuimus quod fi violencia fanguinis effufio vel furtum fiat in terris ad ecclefiam vel ad perfonas ecclefiafticas fpectantibus [h]ujus emolumentum ad perfonas ecclefiafticas devolvatur ·

De decimis cafeorum ·

[97.] Statuimus quod integre decime per quatuordecim dies et quod totus fructus eorundem cadat in decima butiro coniuncto · Item ftatuimus quod decime memorate fiant quo fructus vaccarum eft uberior ·

[De decimis pandaxatorum ·]

[98.] Item ftatuimus quod de fingulis pandaxatoribus detur unus denarius rectori vel vicario ·

[De decimis pullorum ·]

[99.] Item ftatuimus quod pulli decimentur fecundum quod vendi vel eftimari poffunt ·

[De mortuariis et de bonis defuncti ab inteftato ·]

[100.] Item ftatuimus quod preciofius animal defuncti pro mortuario matrici ecclefie perfolvatur · et de bonis defuncti ab inteftato prelatus ecclefie fecundum Deum difponat ·

[Par penitentia ei indicitur qui ſpiritualem filiam et penitentialem ſuam violare monſtratur ·]

[101.] Quos in penitentia ſuſcipimus ita noſtri ſpirituales ſunt filii ſicut ipſi quos [vel] nobis ſuſcipientibus · vel ſub tercie merſionis vocabulo mergentibus · unda ſacri baptiſmatis regeneravit · Silveſter quoque docens ammonuit unumque[m]quo ſacerdotem [u]t nullus cauſa fornicationis ad ſu[a]m penitentiale[m] accedat · qu[ia] ſcriptum eſt quod *omnes quos in penitentia accipimus ita noſtri ſunt filii ut* [*in*] *baptiſmate ſuſcepti* · Qua propter ſi quis hujuſmodi ſcelus perpetrav[er]it non ſolum dignitatis honorem amittat verum etiam uſque ad exitum vite penitentie ſe ſubdat ·

[De eodem ·]

[102.] Item Celeſtinus Papa de eodem · Si quis ſacerdos cum filia ſua [ſpirituali] fornicatus fuerit ſciat ſe grave adulterium commiſiſſe · Idcirco [ſi] femina ſit laica [omnia] relinquat et res ſuas pauperibus tribuat et converſa ad monaſterium Deo uſque ad mortem ſerviat · Sacerdos vero qui malum exemplum dedit hominibus ab officio deponatur et peregrinando quindecim annos peniteat · poſtea vero ad monaſterium vadat ibique cunctis diebus vite ſue Deo ſerviat ·

[De eodem ·]

[103.] Non debet autem Epiſcopus aut preſbyter commiſ[ceri] cum mulieribus que ei ſua confeſſe ſunt peccata · Si forte / quod abſit / ſic contigerit ſic peniteat ſicut de filia ſpirituali · Epiſcopus quindecim annos / ſacerdos

vel presbyter duodecim annos / et tamen deponatur si in consciencia[m] populi venerint sua commissa ·

[Quod laici domos vel bona personarum ecclesiasticarum non occupent ·]

[104.] Cum bona ecclesiastica in usus pauperum sint convertenda · nec laicis in personis vel super rebus ecclesiasticis aliqua sit attributa potestas quibus manet obsequendi necessitas non auctoritas imperandi · et gravis et seria exorta fuerit querimonia tam a majoribus quam a minoribus personis ecclesiasticis quod bona ecclesiastica depredantur deruuntur et devastantur monasteria tam in capite quam in membris domus rectorum vicariorum ac virorum ecclesiasticorum et eorum bona destruuntur per accessum magnatum et suorum ac aliorum laicorum in qua sane et sana conscientia sine periculo animarum non est dissimulandum nec oculis con[niv]entibus transeundum qu[i]ni[mmo] hujusmodi maliciis et oppressionibus occurratur et salubre remedium imponatur · sacro approbante ecclesie Scoticane Consilio statuimus et sub pena excommunicacionis ex nunc [precipimus] ac inhibemus ne nullus laicus cujuscunque preeminentie dignitatis vel officii nisi specialiter rogatus et invitatus · Domino Reg[e] et liber[is] suis patronis locorum in casibus a jure concessis et miserabilibus personis quibus hospicia caritative sunt concedenda dumtaxat exceptis · hospitalitati vel hospiciis vendicet vel mittat seu dimittat homines suos equos aves vel canes perhendinandos in monasteriis seu in grangiis eorum domibus rectorum vicariorum vel clericorum vel aliorum virorum ecclesiasticorum vel bona eorum per se vel per alios occupet capiat vel devastet seu per aliquam exactionem vel machinationem contra personas ecclesiasticas vel jura hujus statuti attemptare procuret · Si quis autem laicus salutis sue immemor hujus statuti in toto vel in parte temerarius violator extiterit sententiam excommunicationis late in ipso se noverit incurrisse · Passus vero injuriam illam loci Episcopo Archidiacono seu eorum Officialibus infra mensem sub pena suspensionis denuntiet · qui

comperta veritate hujufmodi tranfgreffores abfque more difpendio in fingulis ecclefiis fue diocefis fingulis diebus Dominicis et feftivis pulfatis campanis et accenfis candelis excommunicatos publice et folonniter faciant denunciari · a qua fontentia nullatenus abfolvantur nifi per Confervatorem Confilii tam parti lefe quam ecclefie fatiffactione prius preftita competonto · Precipimus etiam [hujufmodi] ftatutum in fingulis ecclefiis parochialibus et capellis militum quater per annum · quando alie fententie nominate excommunicationis publicantur · ne aliquis per ignorantiam fe poffet excufare / publicari · refervata nobis poteftate addendi minuendi feu ftatutum illud immutandi et penam gravem infligendi fecundum quod Deo et ecclefie nobis et noftris aut faluti animarum melius viderimus expedire ·

[De clericis alienigenis ·]

[105.] Adicientes quod quicumque oriundi extra regnum Scotie cujufcunque fueri[n]t nationis et etiam fi fecum literas certas commendaticias portaveri[n]t ad fervitium ecclefiarum parochialium nullatenus admittantur ad defferviendum · [nec] tantum ad defferviendum in capellis curam animarum non habentibus nifi ad celebrandum de Dominica et pro defunctis · nifi eorum diutina converfatio honefta fuerit probata per Diocefanum vel ejus Archidiaconum aut per curam animarum · [et] Diocefanis fuerint prefentati et eorum auctoritate canonice admiffi · inimicis notoriis penitus et omnino exclufis ·

[De capellanis ·]

[106.] Item antiquam confuetudinem morum predeceffforum noftrorum obfervare volentes ftatuimus quod capellanus nullus conductivus et parochialis conventionem ultra centum [folidos] pro fervitio fuo annuo exigat vel recipiat licet propter intollerabilem cariftiam aliquibus temporibus retroactis aliter

fuit obſervatum · Et qui contrarium fecerit ipſo facto a celebratione divinorum ſit ſuſpenſus et ſolvens ad arbitrium ſuperioris puniatur · ¶ Verumptamen ſi aliquis rector vel vicarius capellano ſuo non ex conventione ſed ſpecialitate curalitatem aliquam facere voluerit de antiquis veſtibus vel aliis ad hec nullatenus inhibemus · Si vero in aliquibus dioceſibus fuerit conſuetudo quod pro annuo celario capellanis minor ſumma ſolveretur por hanc conſuetudinem ſive ſanctionem dicte conſuetudini nequaquam intendimus prejudicare ·

[De decimis minutis ·]

[107.] Nota quod [tam] in decimis pullorum vitulorum et agnorum quam in decimis lane et lactis de cetero ſtatuimus obſervare licet contrarium ex quadam curruptila hactenus exiſtit obſervatum videlicet quod in decimatione lane non creſcat per totum annum omnes menſes anni in diviſione computentur · In decimatione agnorum vitulorum et pullorum ſtatuimus quod fiat computatio menſium a tempore conceptionis eorundem uſque ad tempus ablactationis et [in] decimatione lactis computentur menſes quamdiu vacce et oves ſunt lactabiles ſed [de] tempore quo ſunt ſteriles nulla ratio habeatur ·

[De vita et honeſtate clericorum ·]

[108.] Statuimus etiam quod ſacerdotes ſint proni ad infirmos viſitandos · quod ſuperaltaria ſint honeſta · quod panni criſma[le]s non convertantur in uſus ſeculares · quod verba in divinis integre proferantur cum mentis intentione · quod intenda[n]t locutionem et orationem · quod inſtruant ſubditos in Oratione Dominica et Simbolo · quod ſint continentes · quod non [ſint] uxorati · quod non frequent[e]nt ſanctimonialium monaſteria ſine cauſa rationabili · quod non teneant mulieres in domibus ſuis de quibus nlla poſſit haberi ſuſpicio · quod non ſint ebrioſi aut tabernas

frequentantes · quod negociatores [non] fint aut ufurarii · quod non dent [ecclefias] ad firmam nifi in cafibus conceffis · qnod non [fint] vicecomites aut jufticiarii · quod cum facerdotibus non fiat pactio ut p[ercipi]ant an[nu]alia [vel] triennalia · quod habeant rationabilem fuftentationem · quod [laicis] non dentur ad firmam libere terre ecclefiarum · quod non edificent de bonis ecclefie in laico feodo nec decimas reponant · quod redditus affignati ad luminaria non [con]vertantur ad proprios ufus · quod laici die Pafcho non fimul offerant et communicent · quod non intendant hiftrionibus aut ludant ad alcas vel taxill[o]s · quod clerici arma non portent fed habeant tonfuram et habitum convenientem · quod nullus habeat plures curas nifi per difpenfationem · qnod filii proximo adminiftrantium dimittant beneficium · quod facerdos non injungat penitentiam pro cupiditate · quod diaconi non audiant confeffiones aut facramenta miniftrent / folis facerdotibus conceffa · qnod facramenta [et] facramentalia non vendantur · quod [bencficiati] ordinentur fecundum exigentiam cure · qnod faciant refidentiam · qnod majores ecclefie habeant diaconos et fubdiaconos · quod mercatura non fit in locis facris · quod cimiteria fint claufa · quod Feftum Stultorum penitus tollatur · quod non celebr[e]nt cum aceto · quod audiant et doceant leges clericales · quod Canon Miffe fit correctus · qnod ludi in quibus [decertatnr ad bravium affequendnm] prohibeantur · quod locis facris non fint ludi vol placita fecularia · quod parvuli non jaceant juxta matres · quod matrimonia clandeftina prohibeantur · quod nullus teneat in hofpitio fuo concubinas · quod laici non fint in cancello cum clericis · quod excommunicationes Confilii fingulis annis moneantur ·

Ad paſtorale ſpectat officium circa ſtatu[m] eccleſiarum ſibi commiſſarum et ſubiectorum inſtructionem [curam] pervigilem impendere ut de grege ſibi commiſſo ration[em] reddíturus de talento ſuo lucrum Domino valeat reportare · Inde eſt quod ex hiis que ex antiquis patribus ſtatuta ſunt quedam ad preſens revocamus ad memoriam aliqua de novo adicientes ne officium noſtrum quod abſit contempnere videamur ·

[Quod cimiteria claudantur ·]

[109.] Circa ſtatu[m] eccleſiarum in primis prouidendum ſtatuimus [ut] cimiteria per circuitum honeſte claudantur ne immundis vel brutis [animalibus] pateat ingreſſus · munda enim debent obſervari loca religioſa et que rite per pontifices ſunt [Deo de[dic]ata ·

[De cimiteriis claudendis et eccleſiis reparandis et ornandis ·]

[110.] Statuimus etiam quod per rectores eccleſiarum cimiteria claudantur per circuitum quantum ſe extendant cancelli · reſiduum per parochianos / niſi conſuetudo ſe habeat ut per parochianos cimiterium totum claudatur · Item tecto ſ[i]nt eccleſie · pariet[e]s integri non ruinoſi / feneſtre vitree et integre que circa cancellum ſunt [per rectorem] reficiende · que vero circa eccleſiam / per parochianos expediantur · Item quod clerici per ſuſpenſionem beneficii ſui quouſque de eorum beneficio refecta fuerint que ſunt reficienda / laici per ſuſpenſionem eccleſiarum / ad id compellantur · Adicimus etiam quod quelibet eccleſia ſive capella que ſufficiens [eſt] ſacerdoti proprium habeat ſacerdotem / calicem argenteum habeat ad quem emendum ſicut et alia que altari ſive veſtibus ſive libris ſive in lucerna ſunt neceſſaria [compellantur] rectores / per ſuſpenſionem beneficii quouſque de eorum beneficiis fuerint que deſunt empta / et perquiſita ſint eccleſiis

duratura · Debeant enim uteri five ampulle ad confervandum vinum et aquam in Euchariftiam Domini effe argentei vel ftannei / facrarium honeftum et integrum / baptizarium quoque non fit ligneum fed lapideum honeftum / et in alios ufus non convert[a]tur ·

[Crifma Euchariftia et baptizaria fub fera claudantur ·]

[111.] Statuimus etiam ut in cunctis ecclefiis crifma Euchariftia et baptizaria fub fida cuftodia clavibus adhibitis conferventur ne poffit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia et nephanda exercenda · Si is vero ad quem fpectat cuftodia ea incaute reliquerit / tribus menfibus ab ejus officio fufpendatur · [e]t [fi] per ejus incuriam aliquid nephandum inde contigerit graviori fubiciat [ultioni ·]

[De vifitationibus Archidiaconorum ·]

[112.] Volumus etiam ut fingule ecclefie epifcopatus noftri per Archidiaconos noftros vel eorum decanos in quolibet anno vifitentur et defectus finguli circa ecclefias et cimiteria libros et ornamenta ecclefiarum [per] fcripta ad noftram perducant[ur] noticiam ut de noftro confilio per eos emendentur que fuerint emend[a]nda ·

[De vita et honeftate clericorum ·]

[113.] Preterea ftatuimus ut omnes clerici in quocunque ordine fint et maxime in facro qui curam habent animarum patentibus auribus per cerc[ui]tum tondeantur et coronas grandes et honeftas habeant · Sacerdotes vero non habeant capas manicatas five rugata[s] fine manicis fed rotundas · nec fotulares nec manicas liguantes · Hiis adjicimus ut omnes clerici [e]t precipue facerdotes nifi in peregrinatione vel alia neceffitate urgente in tabernis non edant vel bibant nec interfint publicis potatoribus · In aleis vel in

aliis ludis non ludant · Si tali[bu]s tranſgreſſoribus hujus conſtitutionis quomodolibet a laicis injuria circa violentem manuum injectionem fuerit illata / nulla ab Ordinario exhibe[a]tur [audientia] · Preſbiteri vero per tres menſes ſuſpendantur · Precipue autem volumus et ſanximus ut ſacerdotes qui cotidie tractant carnem et ſanguinem Iheſu Chriſti et ubi obſequio habent deſervire neceſſe in domibus ſuis vel in [alienis] focarias non habeant ſed munda ſint et honeſta eorum hoſpicia · Nec etiam conſanguineas habeant in domibus ſuis niſi ſint tales de quibus nulla poteſt eſſe ſuſpicio · ſed ſi tal[ibu]s voluerint exhibere a ſe procul in locis remotis et non ſuſpectis exhibeant · Nullus autem focariam ſacerdotis vel concubinam in domo ſua receptet hoſpitet [vel] retineat · Quod ſi quis contrafecerit uſque ad dignam ſatiſfactionem ab eccleſia arceatur alias pro arbitrio judicis puniendus ſic vt quos timor Dei [a malo] non revocat temporalis pen[a ſaltem] coarcer[e valeat] a peccato ·

[De focariis vel concubinis clericorum ·]

[114.] Statuimus ut quicunque ſacerdos focariam vel publicam fornicariam poſt hec habere fuerit inventus [et] poſt penam pecuniariam ſecundum facultates ab eo ſemel exactam ad illam vel conſimilem redire convictus fuerit vel fama denunciante ſuper hoc ſe purgare non poterit / ipſum ex tunc auctoritate noſtra abſ[que] ſpe venie volumus eſſe ſuſpenſum · Caueant preſbyteri ne ſuas penitentiarias cognoſcant pro quo exceſſu canon quindecim annorum [penitentiam] infligit et poſtmodum in monaſterium · non enim minus peccant quam ſi eas cognoſcant quas de ſacro fonte ſuſceperunt · Et quia quandoque oportet novas invenire medicinas adicimus qu[od] focarie preſbyterorum non recipiantur ab aliqu[a] eccleſia in oſcul[um] pacis nec ad aquam benedictam · Et ſi in domibus preſbyterorum uſque ad mortem permanſerint eccleſiaſtica careant ſepultura · et ſi predeceſſerint ſacerdotes concubine ſue nichil recipiant de eorum teſtamentis · Item concubina ſacerdotis nichil conſequatur ad ipſius promiſſionem [e]i ob turpitu-

dinem proprii corporis factam · Item nullus facerdos concubina[m] facerdotis ad penitentiam recipiat nifi fuum voluerit deferere peccatum · nunquam [enim] dimittatur [peccatum] nifi prius deferatur · et [hoc] de quolibet obfervandum eft publice exiftente in peccato mortali ·

[De celebratione Miffarum ·]

[115.] Item fummo opere providendum eft ut in confecratione corporis et fanguinis Domini aqua in tam modica quantitate apponatur ut non vinum ab aqua fed [aqua a vino] abforbeatur · Vinum vero potius fit rubeum quam album · in albo tamen conficitur · Caveant prefbyteri ne vinum fit acetum vel corruptum · et precipue ne conficiant de aceto cum acetum omnes fubftantiales proprietates amifit · ℭ Hoftia fit de puro frumento rotunda et integra et fine macula quia Agnus Dei fine macula eft et os [non] f[ui]t commi[nu]tum ex eo · Antequam *Pax Domini* dicatur in qualibet Miffa five pro defunctis five alia femel in die in fingulis ecclefiis cum pro[f]tratione et perpulfatione campane dica[n]tur p[reces] pro [re]miffione *Pater nofter* · *Deus venerunt* · *Leuaui* · et [orationes] pro [R]ege et Epifcopo · et pro adverfitatibus et periculis ecclefie / quibus finitis dicantur *Kirieleyfon* ter · *Paternofter* · *Et ne nos* · poftmodum hee preces *Exurgat Deus* · *Domine faluum me fac* / *Fiat pax* · oratio *Deus in cujus* · et in oratione addatur *Regi noftro et Regine* · *et eorum liberis* · oratio *Deus qui caritatis dona* · oratio *Ecclefie tue* [*quefumus Domine*] *preces* etc · Cum autem ad perceptionem corporis et fanguinis Domini perventum fuerit / fi oportet facerdotem eodem die fecundo celebrare quod non [alicui licet] nifi urgente neceffitate facere / vinum vel aquam que poft confecrationem effunditur ad lavandum calicem non fumat · n[am] per omnem cibum vel potum jeiunium folvitur quo ad hoc celebrare non poffet · Loturam illam calicis alicui v[a]f[i] mundo et honefto huic ufui et non aliter fpecialiter depu[tat]o infundat eamque poft fecundam celebrationem fumat · Si autem puer vel minifter aliquis de cujus pietate facerdoti con[ft]iter[it] pr[efen]s fuerit predictas ablutiones eidem fecure dare poterit ·

[De eodem ·]

[116.] Item nullus [eleu]et in altum Euchariftiam fed coram pectore fuo retineat quoufque expleantur illa verba · HOC EST CORPUS MEUM · Item ne ullus facerdos duabus ecclefiis ferviat prohibemus · Item parochialis facerdos Miffas pro defunctis mercede interveniente vel fpe mercedis non celebret · Item fi pro vivis aut defunctis alicui fuerit commiffum ut Miffas faciat celebrare executor quocunque vel vnum alij preponat in eifdem Miffis celebrando quamcunque fpeciem mercedis recipiat ·

[De cuftodia Euchariftie et vifitatione infirmorum ·]

[117.] Ad hec ftatuimus ut in civitatibus burgis et caftris quando ad infirmos differatur Euchariftia ponatur in pixide munda et honefta et ipfa pixis ponatur in calice ftanneo fi habeatur et circumvolvatur lintheo mundo / et lucerna et cruce precedentibus et aqua benedicta / facerdos in fuperpellicio fi ayeris temperies hoc patiatur elevata pixide honefte et devote prodeat nifi eger valde remotus fuerit · deferatur Euchariftia in pixide munda et honefta exiftente in capfa que ab ayeris temperie poffet pixide[m] tener[e] · Renouetur hoftia infirmis danda fingulis Dominicis diebus et ponatur in loco honefto et fecuro · Aliis tamen diebus ex neceffitate poterit re[nov]ari ·

[De baptifmo et forma baptizandi ·]

[118.] Diaconi baptizare et penitentiam dare non poffunt nec Euchariftiam miniftrare prefumant · In mortis periculo diacouus etiam et laicus poterunt baptizare · De hiis parochiani in ecclefiis debent edoceri et quomodo fit baptizandus fub hiis verbis · EGO BAPTIZO TE IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI · AMEN · Unde etiam in hoc canone in neceffi-

tatis articulo puer baptizatus ſi convaleſcat ad eccleſiam deferri debet ſed non exorciſmari · ymmo [non] ultima que precedunt inmerſione[m] in baptiſmate ſed ea ſola que ſequuutur per ſacerdotem expedia[u]tur · Adicimus etiam ſi de baptiſmate alicujus dubitatur modis omnibus baptizetur / quia non poteſt dici iteratum quod neſcitur fuiſſe collatum / ſuper hiis verbis · SI BAPTIZATUS ES NON TE BAPTIZO [S]ET SI NON BAPTIZATUS ES EGO TE BAPTIZO IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI · AMEN ·

[De penitentia ·]

[119.] A ſacerdote [ad] ſymoniacam pravitatem extirpandam hiis adicimus ut ipſi nullo laico ſano vel infirmo Miſſas injungant pro penitentia · Precipimus etiam quod nullus ſacerdos alterius parochianum [ad penitentiam] recipiat niſi ex licencia proprii ſacerdotis · Si autem parochianus petat tranſire ad diſcretiorem ſacerdotem / inde [pro]prius ſ[acerdos e]i licentiam benigne conferat · Caveat tamen inde parochianus ne confeſſionem dividat · ſed niſi cum licencia ejus adeat nullum · Proponat autem ſacerdos nichil infirmo quod ante egritudinem fuerat licitum poſt convalenciam per extremam unctionem reddi illicitum · Proponat et[iam] quod extrema unctio illa quotienſcunque opus fuerit licite iterari poſſet ·

[De ſepultura ·]

[120.] Volumus et[iam] ut ſi quis morte ſubita preoccupatus fuer[i]t ſepultura non careat Chriſtiana niſi excommunicatus deceſſerit vel in opere aliquo quo peccatum mortale committit interfectus fuerit · Cui enim communicamus vivo et mortuo communicare [debemus ·]

[De matrimonio ·]

[121.] Matrimonium [inter ignotos] penitus non contrahatur nec etiam inter

notos nisi antea publice in ecclesiam tam de viro quam de femina tribus diebus Dominicis trina et solennis precesserit [denunciatio ·]

[Denunciatio quater in anno in ecclesiis fienda ·]

[122.] Item statuimus ut annis singulis in omnibus ecclesiis quater in anno [Dominicis] diebus fiat denunciatio solennis · Excommunicentur in genere sortelegi incendiarii falsarii usurarii manifesti raptores publici / scienter impedientes testamenta legitime facta / laici detinentes vel invadentes fraudantes vel auferentes injuste decimas vel terras vel alias libertates ecclesiasticas vel possessiones / testes scienter perjuri per quos aliquis amittit hereditatem vel beneficium ecclesiasticum vel terrenum · Item ut nullus sacerdos tales periuros absolvat inconsulto Episcopo nisi in periculo mortis · Item sacerdos publice interdicat parochianis suis ne obtent[u] prave consuetudinis qne jam inolevit e[x] alicujus amore [vel] precepti intuitu quis juret cum vicinis suis contra conscientiam suam · It[em] ut tales perjuri non absolvantur inconsulto Episcopo nisi mortis periculo eminente · Item presbyteri parochianos publice fornicarios a principio moneant et inducant ut fornicarias dimittant / Et si postea fuerint reversi ad eas / coram testibus ad hoc vocatis tribus ad minus viris non suspectis / exigatur de fornicariis juramentũm quod si postmodum fornicarias cognoverint ex tunc illas pro uxoribus suis habebunt ·

[De residentia ·]

[123.] Item persona vel vicarius propria relicta ecclesia in burgo vel in villa non faciat residentiam nisi urgente necessitate aut cum eo fuerit dispensatum · Qui semel ammonitus non rediret / p[er] quadriennij tempns fructibus ecclesie sue privetur ·

[Quod matrimonia vel fponfalia fine teftibus non contrahantur ·]

[124.] Item nullus contrahat matrimonium vel fponfalia nifi prefentibus teftibus legitimis per quos poffit probari matrimonium fi de eo dubitetur ·

[De monachis vel canonicis fugitivis ·]

[125.] Preterea quoniam nobis conftat multas a predeceffloribus noftris et a nobis preceffiffe monitiones quod fi qui monachi vel canonici fint fugitivi in archidiaconatu ifto ad obfervantiam regular[u]m [rovertantur quibus] ex profeffione fua vel alio modo aftringuntur · Omnes illos repetita monitione monemus ut apoftafi fua relicta ad monafteria redeant vel faltem nobis confilia petant que exfequantur infra tres menfes a die hujus [ftatuti] in hoc archidiaconatu promulgat[i] · alias fciant fe ex tunc auctoritate noftra excommunicatos · Et [ut] ne quis poffit ignorantiam allegare in proximis diebus Dominicis in qualibet ecclefia parochiali hoc ftatutum publicetur ·

[Ne religiofi fub certo pretio admittantur ·]

[126.] Item ftatuimus quod nullus monachus vel monialis vel aliquis alius religiofus admittatur fub certo pretio ·

[Ne clerici officia vel commercia exerceant ·]

[127.] Item ftatuimus quod clerici officia vel commercia non exerceant fecularia ·

[Ne clerici fententias fanguinis dictent vel fcribant ·]

[128.] Item ftatuimus quod nullus clericus fententiam fanguinis dic[t]et vel fcribat ·

[Quod rectores vel refideant vel vicarios prefentent ·]

[129.] Item ftatuimus quod omnes rectores vel in ecclefiis refideant vel vicarios ad honeftam fuftentationem prefentent ·

[De capellanis et diaconis extranee ordinationis ·]

[130.] Item ftatuimus ut [nullus] rector ecclefie in archidiaconatu ifto aliquem capellanum vel diaconum fervitio ecclefie certo fe retineat nifi de ejus ordinatione et honefta converfatione legitime innotefcat / et tunc ipfum domino Epifcopo vel fuis Officiali[bus] prefentet · Si autem ignotus fuerit capellanus vel diaconus nullo modo ad executionem fui officii in hoc epifcopatu admittatur nifi habeat literas fui Epifcopi vel Archidiaconi commendarias patentes per quas de ejus ordinatione et honefta converfatione poffet conftare legitime ·

[De mutatione facerdotum ·]

[131.] Preterea quoniam ex frequenti mutatione facerdotum multa ecclefiis contingunt [dis]pendia et pre[judicia] generantur ftatuimus ut cum quis ecclefie fue de facerdote difponit providere talem fibi adhibeat ut per annum ad minus retineat quoniam fi in fine anni vel antea ex quacunque ratione [fit] amovendus / de confilio Archidiaconi vel Decani vel Officialium noftrorum ammoveatur et alius vice ejus furrogetur · et [hoc] de parochialihus facerdotibus duximus intelligendum ·

[Ne ecclefie vel beneficia tradantur ad firmam ·]

[132.] Adicimus etiam quod nullus ecclefiam vel ecclefiafticum beneficium recipiat ad firmam fine affenfu noftro vel Officialium noftrorum · et maxime

nullus habeat ad firmam duas ecclefias fine auctoritate noftra et licentia · et fpecialiter ut nullus laicus ecclefiam recipiat ad firmam · Pactio fuper hujufmodi contra hujus precepti tenorem inter aliquos inita irrita habeatur · et conquerentibus fuper hujufmodi pactionibus [non] obfervandis nulla prebeatur audientia ·

[Quod capellani non celebrent nifi prius canonicam faciant obedientiam ·]

[133.] Prohibemus etiam fub interminatione anathematis quod nullus capellanus parochialis pro defunctis celebrans · vel cum militibus vel cum aliis refidentiam faciens · in epifcopatu noftro celebret nifi prius canonicam faciat obedientiam · Et maxime hii qui annuum fervitium pro defunctis tenentur [celebrare ad] trigentale fervitium dicendum pro alio fe non obligent ·

[De refidentia et ordinatione vicariorum ·]

[134.] Preterea quod a venerabili patre noftro O[thone] Dei gratia legato Scotie nuper fuit ftatutum fuper refidentia et ordinatione vicariorum innovantes ftatuimus ut omnes vicarii omni ex[cufa]tione et exceptione remotis in ecclefiis fuis refideant fucceffive ordination[e]s fufceptur[i] fub pena in eodem ftatuto promulgata in utroque articulo obfervando ·

[De rectoribus ·]

[135.] Volentes etiam vifitationi ecclefiarum paftorali foli[ci]tudine providere ftatuendo precipimus ut omnes rectores ecclefiarum quinquennio jam elapfo ecclefias fint adept[i] in ecclefiis fuis ut paftorum refideant in eifdem ftari refidentiam in eadem non refident promulgata ·

[Quod rectores aut in suis ecclesiis habeant ydoneos sacerdotes aut ipsi ordinentur ·]

[136.] Provideat rector uniuscujusque ecclesie ut ydoneum et sufficientem et literatum in sua ecclesia habeat sacerdotem alias seipsum fateatur in sacerdotem ordinari in eodem ordine in ecclesia ministraturum ·

[Quod rectores ordinentur ·]

[137.] Statuimus ut omnes rectores ecclesiarum ad minus in proximis ordinibus sint infra sacros ordines constituti alia post ipsam admonitionem non expectata · alias sciant omnes ad quorum noticias istud statutum pervenerit se ab ingressu ecclesie suspensos et beneficio suo nichilominus privandos ·

[Ubi debent audire confessiones ·]

[138.] Preterea ne inter [velum et] altare [mulierum] confessio[n]es audiantur prohibemus sed in alia parte ecclesie [ab audi]entia hominum sed non conspectu remota ·

[De promulgatione et observatione constitutionum premissarum ·]

[139.] Prohibemus etiam in virtute sancte obedientie quod constitutiones premisse sint in qualicunque ecclesia parochiali [promulgate] et integre ab omnibus observentur · Transgressores autem horum preceptorum sciant se usque ad condignam satisfactionem per censuram ecclesiasticam compellendos · Et si post octo menses a die hujus Synodi apud Muskilburgh celebrate die Lune proximo post Festum Inventionis Sancte Crucis anno gratie millesimo [ducentesimo quadragesimo] predicte constitutiones in qualibet ecclesia archidiaconatus non fuerint invente rectores earundem ecclesiarum si presentes fuerint vel si absentes eorum procuratores auctoritate nostra decrevimus ab ingressu ecclesie ex tunc suspensos ·

Statuta Synodalia que fubfcribuntur ftatuimus ·

[Quod re&ores habeant Statuta Synodalia ·]

[140.] [Statuimus] quod nullus re&or five vicarius quin habeat omnia Statuta Synodalia et ea fciat legere et intelligere / quoniam per ipforum ignorantiam Officiales noftros et Archidiaconos noftros fepe vexari contingit / que fingulis annis ad Synodum deferantur / et hoc [fub] pena quadraginta folidorum ·

[Quod re&ores et vicarii in ecclefiis fuis refidentiam faciant ·]

[141.] Item ftatuimus quod quilibet re&or feu vicarius aut alius beneficiatus in loco beneficii fui refidentiam perfonalem faciat et continuam / prout beneficii fui requirit conditio / re&or fub pena decem mercarum / vicarius et alii beneficiati fub pena centum folidorum ·

[De manfionibus beneficiatorum ·]

[142.] Item ftatuimus quia propter fimplicitatem edificiorum in beneficiis noftre diocefis receptari non poffumus et per fequens nec in perfona propria exercere vifitationis officium aut ea que incumbunt ex officio perimplere / quod quilibet beneficiatus juxta beneficii fui facultatem citra proximam vifitationem fic fuper edificando difponat quod ibidem cum opus fuerit poffumus hofpitari · et hoc cuilibet fub pena centum folidorum ·

[Quod clerici ſuas focarias ſeu concubinas a ſe removeant ·]

[143.] Item volumus et ſtatuendo precipimus quod omnes et ſinguli rectores vicarii et alii beneficiati continenter viuant et a ſe cum effectu ex nunc infra tres menſes ſuas focarias ſeu concubinas ex toto removeant / quod de incontinentia ſiniſtra ſuſpicio non habeatur / ſub pena privationis illis qui trinis vicibus moniti ſunt · qui binis ſub pena decem marcarum · qui ſemel ſub pena quadraginta ſolidorum et ſuſpenſionis a celebratione divinorum ·

[Ne aliene ordinationis clerici ſine literis dimiſſoriis admittantur ·]

[144.] Statuimus quod nullus alterius diooeſis preſertim alienigena admittatur ad celebrandum divina niſi habeat literas ſufficientes tam ordinum ſuorum quam dimiſſori[as] et que per nos aut Officialem noſtrum in Synodum aut Conſiſtorium approbate fuerint · Contrarium vero facientem multari volumus pena quinque marcarum per Officialem noſtrum et Decanos et Eſchaetarios noſtros levand[ar]um ·

[Ne religioſus ex conducto celebret ſine licentia ſpeciali ·]

[145.] Statuimus etiam quod nullus religioſus ex conducto infra noſtram dioceſem cure deſerviat aut ſacramenta eccleſiaſtica miniſtret niſi habeat noſtram licentiam ſpecialem que apud religioſos ipſos in ſcriptis debeat remanere ·

[Ne quis ſacerdos plures Miſſas in die celebret ·]

[146.] Etiam quia quidam preſbyteri plus queſtui quam devotioni in[tu]entes · cum vix valeant unius officium perimplere · ſibi vendicant ſtipendia pluri-

morum · plures Miſſas in die celebrando · hoc / [cum] non ſubſit neceſſitas / fieri prohibemus / Contrarium facientem pena centum ſolidorum piis uſibus applicandorum decrevimus puniendum ·

[Item de eodem ·]

[147.] Item ſimili pena in eos affligenda [qui] dominos temporales plures aut unum maſculos aut famellas procuraverint pro contrario ſupplicare ·

[De confeſſionibus clericorum audiendis ·]

[148.] Item quia ſecundum canonicas ſanctiones conſuetudine judex non poteſt quis ut preter ſui ſuperioris licentiam valeat eligere confeſſ[orem] · ne ob defectum noſtri ſubditi animarum incurrant periculum / infraſcript[o]s ad confeſſiones virorum eccleſiaſticorum nobis ſubjectorum audiendum et penitentias injungendum uſque ad annum ſtabilimus per ſingulos decanatus · a · b · c · d · e · f · g ·

[Quod in eccleſiis numerus debitus clericorum habeatur ·]

[149.] [Statuimus] etiam quod in ſingulis eccleſiis epiſcopatus oratoriis et capellis habeatur numerus debitus preſbyterorum [et] clericorum / ne divinus cultus noſtris diminuatur temporibus · Qui autem in hoc ſtatuto defectuoſus fuerit canonice puniatur ·

[Quod ſacerdotes non celebrent in tunicis curtis ·]

[150.] Statuimus inſuper ut nullus preſbyter celebret in tunica curta niſi ſe protineat ultra genu / ſub pena decem marcarum cujus medietas detectori et alia dimedietas piis uſibus applicetur ·

[Quod re&ores et vicarii et prefbyteri parochiales habeant figilla ·]

[151.] Statuimus infuper quod quilibet rector feu vicarius et prefbyter parochialis habeat figillum cum infcriptione nominis fui in circumferentia · ut Epifcopus et Archidiaconus et eorum miniftri poffint cognofcere et certificari de citationibus et aliorum executionibus mandatorum · et [hoc] cuilibet fub pena dimedii marce ·

[Ne facerdotes deferant longos cultellos qui vocantur *hangaris* ·]

[152.] Item ftatuimus quod nullus facerdos deferat longum cultellum qui vocatur *hangar* nifi dum eft accinctus ad iter / fub pena dimedie marce ·

[Ne beneficia ecclefiaftica laicis directe vel indirecte affedentur ·]

[153.] Statuimus ne quis rector vel vicarius feu aliquis clericus quicunque religiofus vel fecularis beneficium habens ecclefiafticum ipfum fuum beneficium laicis affedare vel ad firmam prefumat concedere directe vel indirecte perfona clerici fraudulenter interjecta mediante · Quod fi quis licentia noftra prius non petita et obtenta contrarium fecerit hujufmodi fructibus fui beneficii fabrice ecclefie Sancti Andree applicandis per annum integrum fit privandus ac privatus ·

[Ne clerici beneficiati feculares adminiftrationes recipiant ·]

[154.] Item quia nonnulli beneficiati noftre diocefis cupiditatis vic[io] exartati ad miniftrationes fe ingerant laicorum propter quod honeftati clericali frequenter derogatur · ftatuendo prohibemus ne quis rector vel vicarius feu aliquis quicunque clericus beneficiatus adminiftracionem alicujus laici quocunque modo fentiatur gerere prefumat de cetero vel admittere de

qua ad ratiocinia reddenda fit aftrictus / cum adminiftrationes hujufmodi per facros canones penitus fint interdicte · Qui vero contrarium attemptare prefumpferit pene privationis fubjaceat nifi forfan ipfam adminiftrationem de licentia noftra fufceperit fpeciali / adminiftrationibus Domini Regis Regine ac liberorum fuorum duntaxat exceptis ·

[Ne nuptie fint benedicte fine bannis ·]

[155.] Adhuc etiam cum quidam facerdotes juris ignari nubent[es] quofcunque contra ftatuta canonum retroactis temporibus benedixerint ex quorum facto in ecclefia Dei fcandalum frequenter exortum fuiffe dinofcitur · firmiter prohibendo ftatuimus ne quis facerdos infra noftram diocefem nube[n]t[es] aliquos cujufcunque ftatus aut dignitatis exiftant benedicere aut eorum benedictionibus intereffe prefumat nifi banna juxta morem ecclefie edita prius fuerint ac proclamata · nonobftante quod ipfi nubentes vel alii de i[n]demp[n]itate afferant fe canonicum invenire [plegium paratos effe ·] quod [plegium] canonicum profenti ftatuto noftro reprobant[es] d[e]cernimus nullatenus fore admittendum · Si quis vero facerdos proprii honoris immemor f[tat]uti contrarium facere prefumpferit non folum per triennium ab officio fit fufpenfus ipfo facto fine fpe gratie / verum et[iam] totius fue promotionis fpem amittat nifi per nos fecum fuerit mifericorditer difpenfatum · Nubentes vero contra hoc ftatutum noftrum canonice fubjaceant ulcioni ·

[Ne fponfalia contrahantur fine facerdotis et teftium prefentia ·]

[156.] Preterea ftatuimus ut volentes fponfalia five per verba de prefenti five de futuro contrahere ipfa contrahant facerdote prefente et teftibus fidedignis adhib[itis · Adici]entes quod in proximis diebus Dominicis et feftivis juxta morem ecclefie publice banna proponant et deinde quam citius commode fieri poterit benedictio nuptialis non in capellis privatis et

in tenebris fed in ecclefiis fuis parochialibus folenniter et palam fubfequatur · Contrahentes vero hujufmodi difponfalia inter fe carnaliter non commifceant / quod fi qui fecerint tamquam fornicatores canonice fubjaceant ulcioni ·

[Ne clerici defamati ad laicos pro auxilio recurrant ·]

[157.] Item quia experimento didicimus quod nonnulli clerici beneficiati noftre diocefis fam[e] fu[e] prodigi et [honoris] proprii perfecutores dum per nos vel per miniftros noftros pro fuis exceffibus fuerint corrigendi · exemplo Jude proditoris difperati qui poftquam Dominum tradidit non ad Apoftolos fed ad Judeos pro confilio habendo recurrebat · ad laicos ct maxime ad potentes recurrunt ut preces pro fe et fuis nobis vel miniftris noftris ab illis non fine muneribus ut verifimiliter fufpicitur redeunt porrigendo ut fic correctionem exceffuum fuorum non tamen fine ignominia fua valeant euitare · [hoc] de cetero fieri prohibemus ftatuentes quod fi quis in hoc culpabilis inventus fuerit non folum commodo precum careat pro ipfo porrectarum ymmo de crimine de quo defamatus eft / etiam fi aliter non fuerit probatum / pro convicto habeatur ·

[Ne excommunicati ad ecclefiafticam fepulturam admittantur ·]

[158.] Item ftatuimus et ftatuendo prohibemus ne quis curatus noftre diocefis quocunque nomine cenfiatur qui curam habet ecclefiaftice fepulture per fe vel per alium [aliquem] apud ecclefiam fuam fepulturam eligentem quem in vita fcivit excommunicatum a canone vel ab homine in genere vel in fpecie ad ecclefiafticam [fepulturam] admittere prefumat / nifi de illius abfolutione per eum qui poteftatem habet folvendi conftiterit fibi evidenter · Qui vero contrarium fecerit ab officio facerdotali fe noverit per annum ipfo facto fore fufpenfum ·

[De Confiftorio femel in anno tenendo ·]

[159.] Statuimus etiam et auctoritate pontificali ftatuendo ordinavimus quod omnes ecclefiarum rectores vicarii prefbyteri parochiales et ceteri capellani tam pro animabus quam pro capellanis celebrantes conveniant femel in anno fcilicet proximo Confiftorio noftro poft Refurrectionem Dominicam tenendo · videlicet · hii de archidiaconatu [Sancti Andree] in ecclefia parochiali civitatis ejufdem / et illi de archidiaconatu Laudonie in ecclefia Sancti Egidii de Edingburgh · audituri et recepturi per nos aut Officiarium noftrum / aut per alium in vices noftras quem in hac parte fpecialiter duxerimus committendum / informationem noftram qualiter in divinis celebrandis et ecclefiafticis facramentis miniftrandis fecundum ftatuta canonum fe debeant habere et fuos parochianos in hiis que fpectant ad eorundem falutem animarum fimiliter decet informare ·

[Nomina que correctione indigent in fingulis parochiis Epifcopo fingulis annis in Confiftorio fuo reportanda ·]

[160.] Statuimus et ordinamus quod dictis diebus et locis fingulis annis fecum portent in fcriptis omnia nomina que correctione indigent in parochiis fuis que funt notoria vel de quibus fama publica laborat · ut in vifitatione noftra fubfequenti prout nobis fideliter reportaverint et fuper gregem fub nobis eis commiffum diligenter vigilaverint ipfos tanquam villicos bonos pro fideli labore vel aliter fi aliter actum fuerit merito valeamus remunerari ·

[Nomina omnium decedentium in fingulis parochiis Epifcopo fingulis annis in Confiftorio fuo reportanda ·]

[161.] Ad hec etiam volumus et ordinamus quod fecum portent in fcriptis fingulis annis ut fupra numerum et nomina omnium decedentium in paro-

chiis suis cujuscunque fuerint conditionis ant status et etatis et qui testati vel intestati decesserint ut per hoc nobis innotescere valeat qualiter ultime voluntates defunctorum et maxime in hiis ad pias causas que relinquuntur / per eorundem decedentium executores vel forsan per ministros nostros executores [si que] defecerint / debite executioni mandentur · Si quis vero hujus statuti nostri in toto vel in parte transgressor inventus fuerit si rector in quadraginta solidis / si vicarius in viginti [solidis] / si presbyter parochialis in decem solidis / si simplex capellanus in sex solidis et octo denariis / nisi de canonico suo impedimento legittime [constat] multetur · Istud vero statutum nostrum a Festo Resurrectionis Dominice anni Domini millesimi tricentesimi · . . . .

[De obedioncia clericorum ·]

[162.] Item quoniam *melior* [*est*] *obedientia quam victima* et contumacia seu inobedientia [peccato] ariolandi et ydolatrie comp[a]rantur · statuimus quod omnes ecclesiastici viri suis Episcopis in mandatis licitis et canonicis contumaces · et sine rationabili causa et manifesta resistentes · ab officio suspendantur · et crescente contumacia pena majore puniantur ·

[Excommunicatio generalis ·]

[163.] Excommunicamus omnes qui ecclesia[s] maliciose jure suo privare presumunt a[ut] per maliciam [libertates] e[a]rundem infringere contendunt · Etiam omnes invasores rei ecclesiastico maliciose · Item omnes incend[i]arios ecclesiarum vel domorum tempore pacis · Item omnes detentores decimarum scienter · Item omnes impedientes testamentum vel matrimonium licite factum · Item omnes falsarios literarum Domine Pape et sigilli Domini Regis · Item omnes falsos monetarios vel tonsores monete · Item omnes dantes vel procurantes venenum alicui dari · Item omnes scienter perhibentes falsum testimonium vel perhiberi procurantes · Item omnes

falſos heredes facientes · Item omnes qui malicioſe ſcandalum [alicui] imponunt cum defamatus non fuerit · Item omnes uſurarios communes · Item omnes ſortilegos et omnes in eis firmiter credentes · Item omnes proicientes proles ſuas ad oſtia eccleſiarum vel alibi · Item omnes imponentes manus ſuas malicioſe in patrem vel matrem · Item omnes imponentes manus violentas in preſbyterum diaconum vel clericum ordinatum · Item omnes extrahentes fures de eccleſia [vel] munimine eccleſie patenter · Item omnes necantes partum · Item omnes falſiter partum imponentes · Item omnes communicantes cum excommunicato [vel] ſcienter facien[tes] ei [auxilium] · Omnes ſuſpenſos divina celebrantes ſcienter · Omnes ſymoniacos principales vel procuratores · Omnes violantes eccleſiam vel cimiterium cujus cauſa debet reconſiliari · Omnes qui adjuvant Saricenos in armis vel aliter contra Chriſtianos · Omnes faventes hereticos et ſciſmaticos recipientes ſcienter · Omnes noctevagos cauſa furandi · Item omnes pacem Regiam perturbantes et maxime eccleſiaſticam animo malivolo · Item omnes falſiter determinantes ſcienter · Item omnes recedentes ab unitate ſancte matris eccleſie ·

De reconciliacione ecclesie ·

[164.] Preterea statuimus / quod cum ecclesia vel cimiterium / sanguinis vel seminis effusione polluta fuerit vel pollutum / si rector vel vicarius vel eiusdem parrochianus vel alius quicunque / dum tamen polluens fuerit soluendo / ipsam ecclesiam vel cimiterium polluerit / ipse polluens precacionem racione reconciliacionis huiusmodi ecclesie vel cimiterij persoluat / Si vero per aliquem polluta vel pollutum fuerit / qui nullo modo comparuerit / vel forsan comparuit / et non soluendo fuerit inuentus / rector ipsius ecclesie et vicarius si in eadem ecclesia habeantur precacionem racione reconciliacionis huiusmodi debitam / sumptibus parrochianorum et suis pro equalibus porcionibus / cum ipsorum communiter intersit / prouideant / eisdem contra polluentem reseruata actione agendi · Vbi vero in eadem ecclesia rector et vicarius existunt / dimidia pars precacionis ab eisdem pro rata porcionum suarum / et alia dimidietas ab ipsis parrochianis persoluatur · Quod si necesse fuerit / per censuram ecclesiasticam compellantur · Prohibentes sub pena excommunicacionis exnunc late / ne de cetero aliqui choreas ducere / seu lucturam facere / vel alios quoscunque [ludos] inhonestos in ecclesiis vel eorum cimiterijs / quibuscunque festiuitatibus seu temporibus facere vel exercere presumant / cum occasio polluendi ecclesias vel cimiteria ex talibus frequenter consueuerit preuenire ·

[Qui dies debeant a clero et a populo obferuari ab opere feruili ·]

[165.] Nota bene · Ifti funt dies folemniter obferuandi per annum ab omni opere feruili a clero et a populo per Statutum Prouinciale et Synodale ·

In primis · In Januario · Dies Circumcifionis · Dies Epiphanie ·

In Februario · Purificacio Beate Marie · Feftum Beati Mathie apoftoli ·

In Marcio · Dies Annunciacionis Beate Marie tantum ·

In Aprili · Dies Sanċti Marci euangelifte tantum ·

In Mayo · Dies apoftolorum Philipi et Jacobi · Inuencio Sanċte Crucis ·

In Junio · Dies Sanċti Barnabe apoftoli · Natiuitas Sanċti Johannis Baptifte · Dies apoftolorum Petri et Pauli ·

In Julio · Feftum Vifitacionis Beate Marie Virginis · Dies Sanċte Marie Magdalene · Dies Sanċti Jacobi apoftoli ·

In Augufto · Ad uincula Sanċti Petri · Dies Sanċti Laurencij · Dies Affumpcionis Beate Marie · Dies Sanċti Bartholomei apoftoli ·

In Septembri · Natiuitas Beate Marie · Exaltacio Sanċte Crucis · Dies Sanċti Mathei apoftoli et euangelifte · Dies Sanċti Michaelis archangeli ·

In Oċtobri · Dies Sanċti Luce euangelifte · Dies apoftolorum Symonis et Jude ·

In Nouembri · Feſtum Omnium Sanctorum · Dies Sancti Martini · Dies Sancti Andree apoſtoli ·

In Decembri · Concepcio Beate Marie · Dies Sancti Thome apoſtoli · Natiuitas Domini · Dies Sancti Stephani · Dies Sancti Johannis apoſtoli et euangeliſte · Dies Sanctorum Innocentium · et Sancti Thome Cantuarienſis archiepiſcopi et martiris ·

Et nulli alij dies obſeruandi ſunt de mandato eccleſie · niſi dies Veneris ſancta · videlicet · dies proprius Paſſionis · quia multo plus profuit pro nobis mori quam naſci · et maius opus non reperitur Deus feciſſe quam quod illa die fecit · tantam in ſemetipſo pro nobis recipiendo paſſionem · Et quia etiam ſuper opere illius diei fundatur ſalus tocius mundi · ſine qua omnes alie feſtiuitates fruſtratorie forent · Dies Paſche · cum tribus ſequentibus · Aſcenſio Domini · Penthecoſte cum tribus ſequentibus · Feſtum loci · Feſtum Corporis Chriſti · Feſtum dedicacionis eccleſie · et dies Dominicales ·

Adhuc nota diligenter · His diebus ieiunare debemus · Per totam Quadrageſimam exceptis Dominicis diebus · In Quatuor Temporibus · que quando contingunt ſcitur per hos verſus ·

Dant Crux Lucia Cineres Cariſmata Dia
Vt ſit in Angaria quarta ſequens feria ·

In quinque vigiliis Beate Marie videlicet Purificacionis · Annunciacionis · Aſſumpcionis · Natiuitatis · et Concepcionis · Suadeatur eciam ieiunium in vigilia Viſitacionis Beate Marie · In vigiliis horum Apoſtolorum · ſcilicet · Andree · Thome · Mathie · Petri et Pauli · Jacobi · Bartholomei · Mathei · Symonis et Jude · Inſuper in his vigiliis · videlicet · Natalis

Domini · Penthecoftes · Natiuitatis Sanċti Johannis Baptifte · Sanċti Laurencij · Omnium Sanċtorum · Et fi que vigilia in Dominica contingunt · Sabbato precedente ieiunare debemus et nunquam in Dominica · Infuper in fefto Sanċti Marci extra ebdomidam Pafche contingente · et in Rogacionibus ab efu carnium faltem abftinere jubemur ·

Declaratio pro portione canonica pro confirmatione teſtamentorum .

[166. In Dei nomine Amen . Nouerint uniuerſi ad quorum noticiam preſentes litere peruenerint qnod anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo indictione decima tercia menſis Julij die decima ſexta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri Domini Martini diuina prouidentia pape quinti anno tertio congregata fuit apud Perth in eccloſia Fratrnm Predicatorum Synodus Prouincialis et Conſilium Generalo cleri regni Scotie prout moris eſt . In quo Conſilio poſt Miſſam ct inuocationem Sancti Spiritus a[c] ſermonem ad clerum concorditer electus fuit in Conſeruatorem Prcuilogiorum . reuerendus in Criſto pater dominus Willelmus Dei gratia Dunblanenſis Epiſcopus . preſentibus in Chriſto patribus dominis Dei gratia Epiſcopis Henrico videlicet Sancti Andree Willclmo Glaſguenſi Roberto Dun[kelde]nſi Gilberto Aberdonenſi Waltero Brechinenſi . nec non procuratoribus dominorum Epiſcoporum Henrici Morauienſis Thome Candidecaſe Alexandri Cathanenſis ac Johannis electi confirmati Roſſenſis . preſentibus etiam venerabilibus patribus Priore Sancti Andree et Abbatibus monaſteriorum de Camyſkynnet de Lundoris de Cupro de Newbottle ac procuratoribus Abbatum de Dunfermlynge de Calcow do Mclross de Sancta Cruce de Aberbroith de Ghedworth de Driburch et de Paſlate . necnon quamplurimis Decanis Archidiaconis Prioribus monaſteriornm et maiore parte cleri que in Conſilio et Synodo Generali conſueuit congregari . perlectiſque priuilegiis et ſtatutis continuatoque Conſilio . petiit prefatus Dominus Conſeruator declarari que conſuetudo in ſingulis dioeceſibus in confirmatione teſtamentorum retroactis temporibus conſueuit obſeruari . Et ad declarationem huiuſmodi faciendam per antiquiores de clero do ſingulis dioeceſibus in ſuis conſcientiis pcr juramontum ad Sancta Dei Euangelia onerauit . Qui omnes auiſati concorditer declarauerunt quod Epiſcopi et ordinariam habentos juriſdic-

tionem consueuerunt a tam longo tempore de cuius contrario non est memoria hominum confirmare testamenta et codicillos decedentium subditorum suorum testantium · et decedentibus ab intestato dare executores · insuper sequestrari facere defunctorum bona quousque testamenta ipsorum forent Ordinariis presentata et ab eiis si legitime essent confirmata · Item consueuerunt petere ab executoribus tam testantium quam decedentium ab intestato de fideli juramento facto vel faciendo juramentum insuper quod fideliter exequentur juxta posse rationabilem defuncti voluntatem · Item quod parati erunt reddere Ordinario racionem et illis quorum interest de commissa sibi administratione quando super hoc fuerint moniti seu debite requisiti · Que premissa asserebant notoria et manifeste obseruata et de eis erat vox publica et communis fama · Et quia de quota soluenda fuit questio facta · deliberatum fuit quod de bonis defunctorum mobilibus consueuerunt fieri tres partes de quibus solutis debitis si fuerint uxor et filii consueuit uxor habere unam tertiam bonorum mobilium filii autem et liberi unam alteram tertiam · Et de tertia parte que remanebat consueuerunt executores disponere pro exequiis et anima defuncti et legata persoluere · De qua tertia parte defuncti consueuerunt executores persoluere Ordinariis pro confirmatione testamenti et laboribus sibi incumbentibus duodecim denarios de libra vel saltem componere pro eadem · Quam consuetudinem ut laudabilem rationabilem consuetam et approbatam decreuit ipse Consueruator a clero et populo debere obseruari · rogando dictos Episcopos presentes cum congregatione Synodi presens decretum suis sigillis attenticis communiri · Acta fuerunt hec in Consilio predicto anno indictione mense die et pontificatu supradictis · Testibus predictis Dominis Episcopis qui sua apposuerunt sigilla necnon Magistris Thoma de Lawadir et Johanne Brekbell notariis publicis ad premissa rogatis pariter et requisitis ·

[Declaracio veteris confuetudinis Regie in prefentacionibus beneficiorum fedibus vacantibus ·]

[167.] Vniuerfis fancte matris ecclefie filijs ad quorum noticias prefentes litere peruenerint Thomas Dei et Apoftolice fedis gracia Epifcopus Abirdonenfis ac Conferuator Priuilegiorum ecclefie Scoticane falutem in Domino et prefentibus fidem indubiam perhiberi · Cum equitate et jufticia fuadentibus ac vtriufque juris pagina dictante pium fit teftimonium perhibere veritatj in hijs faltem que temporibus pofteris ad memoriam producenda funt que antea in dubium verterentur Hinc eft quod coram nobis prefidentibus in Confilio clerj ecclefie fupradicte folito more apud Perth celebrato anno et die infrafcriptis pro parte illuftriffimi principis ac dominj noftri Dominj Jacobj fecundj Regis Scotorum illuftriffimj comparuerunt nobilis et potens dominus Patricius dominus le Grahame miles et Magifter Archibaldus Quhitelaw nuncij vt afferuerunt a Regia fua Maieftate ad infrafcripta fpecialiter miffi petentes inftantiffime a nobis et clero nobifcum exiftente Confilium reprefentantibus declaracionem veteris confuetudinis Regie in prefentacionibus beneficiorum fedibus vacantibus alias vt afferebant celfitudini fue declaratam in Confilio generalj cleri celebrato apud Perth anno Dominj millefimo cccc^mo lvij^o Nofque peticioni nunciorum predictorum debita cum reuerencia vt decuit [annuentes] fuper petitis ac propofitis per eofdem inquificionem fecimus deligentem a clericis et clero ex tunc prefentibus Qui vero in fuis juramentis interrogatj vniformiter depofuerunt et per fe determinauerunt quod in Confilio fuperius dicto videlicet in anno Domini millefimo cccc^mo lvij^o illuftriffimus dominus nofter Rex fupradictus erat in poffeffione ex veterj et prifca confuetudine prefentandj ad omnia vacancia beneficia quouifmodo vacantibus fedibus ad ecclefiafticum patron[at]um et collacionem ordinariam pertinentia infra regnum Scocie donec ad temporalitatem Epifcopi admittantur et ad

ele&iua fecularia eciam fi maiora poft pontificales et ad alia goneraliter feu fpecialiter qualitercunque referuata Et hoc omnibus quorum intereft vel intereffo poterit qnomodolibet in futurum tenore prefencium in Domino atteftamur In quorum omnium et fingulorum fidem et teftimonium ad inftanciam et requificionem nunciorum fupradi&orum nomine Regio aftancium et requirencium has literas noftras ad futuram memoriam fibj fieri fecimus patentes fignis et fubfcripcionibus notariorum fubfcriptornm fubfcriptas et fignatas ac appenfione figillj noftri roboratas apud Perthe xix° die menfis Julij et vltimo Confilij fupradi&i anno Dominj millefimo cccc^{mo} lix° indi&ione feptima pontificatus fan&iffimi in Chrifto patris ot dominj noftri Dominj Pij diuina prouidentia pape fecundj anno primo Prefentibus in premiffis reuerendo in Chrifto patre et domino Domino Georgio miferacione diuina Epifcopo Brechinenfi cancellario Scocie venerabilibus viris et dominis Magiftro Waltero Stewart archidiacono San&iandree Magiftro Thoma Vaus decano Glafguenfi Magiftro Laurencio Piot archidiacono Abirdonenfi et Magiftro Martino Vaus cum multis aliis etc ·

Collacionata cum copijs Donaldj Rede fcribo di&i Confilij et Johannis Patricij notarij publicj ·

Concilium Provinciale, per Prælatos et clerum regni Scotiæ, apud Edinburgum, factum anno Domini 1549.

Admonuit nos falubriter Divus Paulus, ut, qui ipfius ac ceterorum Apoftolorum vices gerere dignofcimur, huic nofmetipfos præcepto quam primum accommodare nitamur: *Attendite,* inquit, *vobis et univerfo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus pofuit Epifcopos, regere ecclefiam Dei quam acquifivit fanguine fuo.* Quocirca præfens hujufce regni Ordinariorum, Prælatorum, et aliorum ecclefiafticorum et cleri Conventio in Spiritu Sancto congregata, conformiter Apoftolico huic præcepto, ad Dei gloriam, ecclefiaftici ftatus tranquillitatem refarciendam, ac integritatem confervandam, intente animadvertens quam plurimas hærefes in greges Dominicos, paftoralibus eorum curis commiffos, crudeliter graffari, volenfque eafdem ab ipfis velut radicibus funditus extirpare, prudentis medici exemplo agendum fore decrevit, ut primum ftudiofa meditatione tantorum malorum, quibus ecclefiaftici mores pridem corrupti funt, caufas et occafiones indagandas curet, deinde ut [de] opportunis remediis cogitet et provideat. Et cum [duæ] potiffimum malorum caufæ et radices appareant, quæ tantas nobis turbas [et] hærefium occafiones excitavere, nimirum in perfonis ecclefiafticis, omnium fere graduum, morum corruptela ac vitæ profana obfcænitas, cum bonarum literarum artiumque omnium craffa infcitia, atque ex his præfertim duobus capitibus multi abufus oriuntur: hæc Sancta Synodus ac Provinciale Concilium hisce malis, quoad pro temporum occafione liceat, remedia et modum ponere ftatuit. Ad laudem

igitur et gloriam Omnipotentis, morum in ecclesia Scoticana reformationem, et hæresium extirpationem, die Mercurii vicesima septima mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, in templo Fratrum Prædicatorum Edimburgensi, Sancti Andreæ diœcesis, habita et facta fuit Conventio reverendissimi et reverendorum venerabiliumque in Christo patrum et dominorum Ordinariorum, Prælatorum, aliorumque spectabilium et eximiorum virorum ecclesiasticorum, et de clero infrascriptorum, Generalem hujus regni Conventionem et Concilium Provinciale Archiepiscoporum et Episcoporum, Ordinariorum, Prælatorum et aliorum ecclesiasticorum et de clero pro tempore facientium et repræsentantium; venerabili et reverendissimo in Christo patre et domino Joanne Sancti Andreæ archiepiscopo, totius regni Scotiæ primate, legato nato, [et] monasterii a Pasleto abbate, Concilium indicente et præsidente.

Nomina Episcoporum, Vicariorum Generalium sedium vacantium, Abbatum, Priorum, Commendatariorum, Doctorum, Licentiatorum et Bacchalariorum in Theologia.

Episcopi sequuntur.

[168.] Willelmus Aberdonensis.
Patricius Moraviensis, commendatarius a Scona.
Andreas Candidæ Casæ, et Capellæ Regiæ Strivilengensis.
Willelmus Dumblanensis.
Robertus Orchadensis, commendatarius a Kinlos.
Willelmus electus Lesmorensis confirmatus.

Vicarii Generales sedium vacantium.

Magister Gavinus Hamiltoune, ecclesiæ metropolitanæ Glasguensis decanus, et ejusdem sede vacante vicarius generalis.

Magister Jacobus He[pburn], decanus Dunkeldensis, et ejusdem sede vacante vicarius generalis.

Abbates, Priores, et Commendatarii.

Jacobus prioratus ecclefiæ primatialis Sančti Andreæ commendatarius.
Jacobus a Calco et Melros commendatarius.
Georgius a Dumfermling commendatarius, archidiaconus Sančti Andreæ primatialis.
Malcolmus prior Quythornenfis.
Donaldus abbas de Cupro.
Quintinus abbas monafterii Crucis Regalis.
Galterius abbas Vallis Lucis.
Alexander prior Plufcardenfis.
Willelmus commendatarius de Culros.
Jacobus abbas de Neubottle.
Adam abbas de Dundrannan.
[Robertus] abbas de Deir.
Joannes prior de Muny[mufk].

Doctores in Theologia, Licentiati et Baccalaurei.

Magister Petrus Sacellanus, collegii Sanči Salvatoris infra civitatem Sanči Andreæ canonicus ac præpofitus ejufdem coadjutor, dočtor Theologus.
Magifter Joannes Gryson, Sacrarum Litterarum profeffor.
Magifter Joannes Winram, ecclefiæ primatialis Sanči Andreæ canonicus regularis et fubprior, in Theologia dočtor.
Frater Richardus Marchell, Anglus, Divinarum Litterarum profeffor.
Frater Robertus Liech, ordinis Prædicatorum, in Theologia licentiatus.
Magifter Willelmus Cranftoune, præpofitus de S[etoun], in Theologia licentiatus.
Magifter Alexander Anderfon, collegii Aberdonenfis Univerfitatis fupprimarius, in Theologia licentiatus.
Magifter Alexander Dick, Sacrarum Litterarum baccalaureus.

Magister Joannes Mayr, decanus facultatis theologiæ Universitatis Sancti Andreæ, et Martinus Balfour, doctores in Theologia, annosi, grandævi et debiles, comparuerunt per procuratores.

Nomina Religiosorum, et Secularium Beneficiatorum, ac Notarij.

Ordines Prædicatorum.

[169.] Joannes G[re]souin, provincialis.
Frater Robertus Lieche.
Frater Andreas Abircromby.

Ordines Minorum de Observantia.

Frater Joannes Paterson, minister generalis.
Frater Andreas Cottis, guardianus dicti Ordinis apud Sanctum Andream.
Frater Jacobus Winchester, guardianus apud Perthe.
Frater Joannes Scott.

Ordines Conventualium.

Ordines Sancti Augustini.
Ordines Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captivorum.
Ordines Carmelitarum.

[Seculares Beneficiati.]

Magister Joannes Spittell, præpositus Beatæ Mariæ de Campis, officialis Sancti Andreæ principalis, ac rector Universitatis Sancti Andreæ.
Magister Abraham Creichtoun, præpositus de Dumglas, officialis Sancti Andreæ infra archi[diaconatum Laudoniæ].
Magister Jacobus Hamiltoune, decanus Brechinensis.
Magister Joannes Sinclare, decanus a Restalrig.
Magister G[eorg]ius Hay, decanus de Dombar.

Magifter Willelmus Lamb, rector a Conve[th].
Magifter Joannes Thornetoun, præcentor Moravienfis.
Magifter Joannes Stevinftoune, præcentor Glafguenfis.
Dominus Georgius Cryghton, præpofitns Sanctiffimæ Trinitatis prope Edimburgum.
Magifter Patricius Myrtoune, archidiaconus Aberdonenfis.
Magifter Alexander Erfkyne, fubdecanus et officialis Dumkeldenfis.
Magifter Archibaldus Boy[d], præpofitus de Dal[keth].
Magifter Alexander F[o]rret, præpofitus de F[on]lis.
Magifter Joannes Macca[w], archidiaconus Lefmorenfis.
Magifter Arthurus Talzefere, canonicus Aber[don]enfis.
Dominus Nicolaus Ro[fs], præpofitus de Tayne.
Dominus Andreas Dickfoune, canonicus Dunkeldenfis.

Dominus Hugo Cur[r]ye, commendatarius de Stratfillan.
Dominus Andreas David, eruditus et ftudiofus in Theologia.
Magifter Joannes Macquin, Divinarum Scripturarum interpres.
Dominus Robertus Lidel, fubprior de Melros ordinis Ciftercienfis.

Secretarius et Notarius in Concilio, Andreas Elephantus.

Qui omnes convenientes, Miffa primitus folemni ibidem in dicto templo Fratrum Prædicatorum Edimburg[enf]i, de mandato reverendiffimi Domini Archiepifcopi, primatis et legati nati, præfidentis, pro Divina gratia fundenda, felicique incremento et fucceffu rerum gerendarum in præfenti Concilio feu Synodo, cantata et finita, fimul unanimiter egredientes, fe in aulam five fecretarium refectionis dictorum Fratrum contulerunt, et ibidem omnibus in fuo ordine fedentibus, et exclufis excludendis, habita fuit [concio] per ....endum eruditiffimum in Sacris licentiatum.

Brevis præfatio hujufmodi Concilii Provincialis: approbatio ftatutorum editorum apud Linlithquo.

[170.] Et ea concione feu exhortatione facta, dicta Synodus acta, ftatuta et ordinata in priori Conventione Generali feu Concilio Provinciali, per eos apud Linlithqw, in menfe Augufti ultimo elapfi, celebrato, ac in eo interim fieri ordinata et injuncta, fic ut unicuique ipfius Concilii membro et fubdito innotefcant, de verbo ad verbum, per Synodi Notarium, diftincte et alta voce legi et relegi fecit etc. Quæ omnia præmiffa ftatuta ut quæ prius decreta et juffa fuerunt, præfens Sancta Synodus, unanimiter approbans et ratificans, nonnulla eorum auxit et ampliauit, ac alia quædam de novo inftituit, ut fequuntur.

Sequuntur acta ordinata in præfenti Concilio et ejus diverfis feffionibus, et in primis circa reformationem morum.

De incontinentia ecclefiafticorum, et concubinarijs.

[171.] Hæc præfens Synodus provide attendens quam conftet ex clericorum incontinentia graviffima ecclefiæ fcandala effe exorta, proinde, pro hujufmodi macula repurganda, ftatuit decretum illud Concilii Bafilienfis *De Concubinariis*, feffione vicefima, ad unguem obfervandum et executioni demandandum. Cujus decreti tenor fequitur in hæc verba: *Sacrosancta Basiliensis generalis Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam*, statuit ut, *Quicumque clericus, cujuscumque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiamsi Pontificalis vel alterius præeminentiæ existat, qui post hujus constitutionis notitiam, quam habere præsumatur, per duos menses post publicationem ejusdem in ecclesiis cathedralibus, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius, a perceptione fructuum omnium*

suorum beneficiorum, trium mensium spatio, sit ipso facto suspensus: quos suus superior in fabricam vel aliam evidentem ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat: necnon et hujusmodi publicum concubinarium, ut primum esse talem innotuerit, mox suus superior monere teneatur, ut intra brevissimum terminum concubinam dimittat. Quam si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publice resumpserit, jubet hæc Sancta Synodus ut ipsum suis omnibus beneficiis omnino privet. Et nihilo minus hi publici concubinarii, usquequo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, [ad susceptionem] quorumcumque [bonorum,] dignitatum, beneficiorum vel officiorum sint inhabiles. Qui si, post dispensationem, recidivo vomitu ad hujusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicujus dispensationis, ad prædicta prorsus inhabiles existant.

De pœna Ordinarij negligentis; et qui publici concubinarij.

[172.] *Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quam in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animadvertant. In Conciliis etiam Provincialibus et Synodalibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, [etiam] per suspensionem a collatione beneficiorum vel alia condigna pœna severiter procedatur. Et si hi, quorum destitutio ad Summum Pontificem spectat, per Concilia Provincialia aut suos superiores propter publicum concubinatum reperiantur privatione digni, statim, cum processu inquisitionis, ipsi Summo Pontifici deferantur. Ea[dem] diligentia et inquisitio in quibuscumque capitulis generalibus et provincialibus quoad suos servetur, pœnis aliis contra prædictos et alios non publicos concubinarios statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt, non solum hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari, notorius est; sed qui mulierem de incontinentia suspectam et infamatam tenet, et, per suum superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit.* Cum hoc nunc in præ-

ſenti Concilio addito, quod Ordinarii locorum in clericos non beneficiatos ſed ſacris ordinibus initiatos pœnis arbitrariis animadvertent, juxta perſonarum inſordeſcentium qualitatem, contemptum, et in ſimilibus delictis perſeverantiam.

Pœna pecuniaria non exigenda pro delictis.

[173.] *Quia vero [in quibusdam regionibus] nonnulli jurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus a concubinariis percipere non erubescunt, patiendo eos in tali fœditate sordescere: sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alicujus quæstus talia quovismodo tolerent aut dissimulent: alioquin, ultra præmissam negligentiæ pœnam, duplum ejus quod propterea acceperint, restituere ad pios usus omnino teneantur et compellantur. Ipsas autem concubinas, seu mulieres suspectas, Prælati modis omnibus curent a suis subditis, etiam per brachii secularis auxilium, si opus fuerit, penitus arce[re]: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud patres suos cohabita[re] non permittant. Jubet insuper hæc Sancta Synodus, ut etiam in prædictis Synodis et capitulis hæc constitutio publicetur, et quilibet suos [subditos] ad ipsarum concubinarum dimissionem [moneat] diligenter. Injung[a]t præterea omnibus secularibus viris, etiamsi Regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum, quocumque quæsito colore, Prælatis qui, ratione sui officii, adversus suos subditos, pro hujusmodi concubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege Divina prohibitum sit, et sub peccati mortalis pœna necessario evitandum, monet omnes laicos, tam uxoratos quam solutos, ut similiter a concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensibilis est qui uxorem habet, [et] ad alienam mulierem acced[i]t:* QUI VERO SOLUTUS EST, SI CONTINERE NOLIT, *juxta Apostoli consilium,* UXOREM DUCAT. *Pro hujus autem Divini observatione præcepti, hi, ad quos pertinet, tam salubribus monitis quam aliis canonicis remediis omni studio laborent.* Et hoc ipſum, in dicto præmiſſo decreto contentum, in præmiſſis etiam monialibus hujus regni, prout congruit, præſens Conventio ſtatuit et decrevit obſervari.

Proles concubinarias in fuis confortiis clerici non teneant.

[174.] Item hortatur hæc Synodus, ne qui Prælati aut alii ecclefiaftici inferiores proles fuas, ex concubinatu fufceptas, in fuis confortiis teneant, nec in fuis ecclefiis directe vel indirecte promoveri patiantur, neque eas baronibus, quovis quæfito colore, in conjugium de Chrifti patrimonio jungant, feu barones efficiant.

Ne clerici vel monachi fecularibus negotiis fefe immifceant.

[175.] Similiter ordinatum eft, ne ullus ecclefiafticus, habens unde, juxta fuum ftatum, honefte vivere poffit, immifceat fe fecularibus negotiis, præcipue mercaturam exercendo, aut lucri caufa, ut empta revendat, emens, alienave prædia conducendo, quo rufticis laboribus a fpirituali exercitio, propria cura neglecta, abftrahatur.

De veftibus clericorum.

[176.] Item ut beneficiati et in facris ordinibus conftituti byrretis rotundis, veteri clericorum more, dumtaxat utantur, pileofque in ecclefiis et potiffimum in choris et tempore Divinorum omnino deponant; nec veftes ut puta caligas et diploides, vel alias fectas, vel colorum prohibitorum, ut flavi, viridis, et id genus difcoloris, deferant: togas in ecclefiis, civitatibus, oppidis et villis infignioribus portent longas et talares; itinerando vero togas habeant curtas et manicatas, falva tantum loci et temporis neceffitate; camifias habeant albas et albæ futuræ, fub pœna fufpenfionis in pref-byteros, et excommunicationis in alios, per locorum Officiales, Commiffarios et Decanos declarandæ; a quibus quidem pœnis non abfolvantur, nifi prius præftita cautione de abftinendo in futurum fub pœna arbitraria, judicis arbitrio, juxta qualitatem perfonarum, infligenda, pro prima vice; et

deinceps, inobedientia crefcente, augeatur et pœna. Super quibus per fingulos Decanos in eorum vifitationibus, et fi opus fuerit, fiat diligens inquifitio; et qui culpabiles inventi fuerint, poft duos menfes a publicatione præfentis ftatuti, puniantur ut fupra. Si autem Decani in præmiffis deficiant, five ordinationis negligentes fint comperti, Officiales tunc, feu Ordinariorum Commiffarii, in eos ad fuum arbitrium feverius animadvertant.

Contra nutrientes barbas, et non portantes tonfuram.

[177.] Hæc Sancta Conventio, variis adducta argumentis et rationibus circa barbarum ufum propofitis, univerfos et fingulos hujus provinciæ clericalis fortis et ecclefiafticos per locorum Ordinarios attente hortari decrevit, ut, fui ftatus et conditionis rationem habentes, ut frequentes obtrectationes contra barbatos compefcantur, utque clerici a laicis diftincti appareant, eorum barbas tondendas curent; utque finguli clerici, faltem in facris initiati ordinibus, rafuram congruam in coronis habeant.

De temperantia in victu clericorum.

[178.] Item præfens Conventio hortatur omnes hujufce regni Prælatos, et alios ecclefiafticos beneficiatos, ut in pofterum parcius et moderatius in eorum menfis vivant, omnium efculentorum et poculentorum exquifita fuperfluitate juxta unius cujufque ftatum et præeminentiam rejecta, ut et largius et liberalius pauperibus in eorum neceffitatibus fubveniatur, publicamque jejuniorum ab ecclefia indictorum violationem et in fe et in fuis familiis evitent, ne ex hoc de cetero eorum malo exemplo laici fcandalifentur.

Lectio Divinarum literarum in menſa.

[179.] Precaturque in eccleſiaſticorum menſis frequentiores lectiones Sacrarum Scripturarum [fieri], juxta decretum Toletani Concilii tertii, cujus tenor eſt talis : *Pro reverentia Dei et ſacerdotum [id] univerſa conſtituit Synodus, ut, quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi, in omni ſacerdotali convivio, lectio Divinarum Scripturarum immiſceatur. Per hoc enim [et] animæ ædificantur ad bonum, et fabulæ non neceſſariæ prohibentur.*

De gravitate habituum clericorum.

[180.] Item hortandi ſunt Prælati et eccleſiaſtici omnes, ut dehinc graviores ſolito portent habitus, qui potius lanei ſint, decentis coloris, quam ſerici, gravitatem præ ſe ferentes ; meminerintque illius verſiculi Divi Bernardi, videlicet :

Diſcite, Pontifices, in freno quid facit aurum.

De clericorum ſervis.

[181.] Item curent Prælati ut tales in eorum familiares continuoſque domeſticos alant et teneant, qui non aleatores, ſcortatores publici, ebrii, pugnaces, ſcurræ, noctivagi, aut Divini nominis blaſphematores, execrabilibuſque juramentis aſſueti reputentur ; ſed qui Catholici, probæ vitæ ac bonorum morum et converſationis honeſtæ habeantur, in bonorum exemplum et iniquorum terrorem ; *Quum*, ut ait Bonaventura, *inſolentia familiæ patris-familias dedecus videtur.*

De viſitationibus monaſteriorum, et inquiſitione contra exemptos.

[182.] Jam ſtatutum eſt inſuper, ut ſinguli locorum Ordinarii, quam primum poterunt, viſitent monaſteria canonicorum regularium, monachorum non

exemptorum, et monialium, ad effectum, ut quæ inibi corrigenda compererint, in fequenti et proximo Concilio five Conventione per vifitationis chartam referant. De exemptis vero, ut qui quid per inquifitionem in vicinis parochiis ex publica voce et fama contra honeftatem vitæ monafticæ, et debitam loci reparationem redituumque adminiftrationem deprehenderint, fimiliter Concilio futuro infinuetur, ut ex hoc de remedio profpiciatur opportuno. Et qui prætendunt exemptiones in talibus monafteriis, ut eafdem una cum numero religioforum, Commendatarii, et illa in commendas obtinentes, ut fuas provifiones in dicto futuro Concilio exhibeant, ad effectum confiderandi et intelligendi ad quid ipfi vigore fuarum provifionum teneantur, et quatenus privilegiis fit deferendum. Et circa hæc præfens Conventio exhortatur in Domino omnes et fingulos Abbates, Priores, Commendatarios, Adminiftratores locorum exemptorum, quum conftet regularem et monafticam difciplinam, magna ex parte, negligentia eorum qui illis fuperintendere tenentur, labefactam et collapfam effe, quatenus ipfi et eorum quilibet, prout decet bonos paftores, vitam, mores, devotionem et ftudia religioforum reformanda, et ad primum religionis ftatum rednecenda curent, quo inibi et devotio vigeat, et populi murmur devitetur.

De apoftatis revocandis.

[183.] Simili modo mandat præfens Conventio omnibus et fingulis Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Adminiftratoribus, Miniftris et locorum Præfidentibus, quatenus ipfi et eorum quilibet omnimodam diligentiam faciant pro perquirendis et comprehendendis fuis apoftatis et fugitivis, qui extra loca eis fubjecta aufugerint; auxilium Ordinariorum illorum locorum, in quibus exiftunt, ad effectum comprehenfionis et reductionis eorum invocent; et, fi id per ipfos fieri non poffit, auxilium fecularis poteftatis per ipfos Ordinarios imploretur.

De monialibus apoftatis fimiliter revocandis.

[184.] Item ftatutum eft ut Ordinaria authoritate compellantur omnes Prioriffæ monialium, ut quam primum difperfas fuas moniales in unum congregent refpective, ad effectum, ut cum ipfis fimul cohabitent et fuftententur, vel in aliis locis monialium hujus regni pacificis collocentur, Prioriffæ impenfa fuftentandæ.

De criminibus puniendis cum invocatione brachii fecularis.

[185.] Item contra adulteros, inceftuofos, facrilegos notorios ordinat hæc Conventio, ut primum Prælatorum [exhortationibus] charitative admoneantur ad vitæ emendationem; et, fi nihilominus in fuis publicis criminibus poftea inforduerint, fulminentur monitoriales cum omnibus cenfuris ecclefiafticis, etiam cum interdicto, quam c[i]tiffime fieri poffit; ad quod etiam, fi opus fuerit, auxilium brachii fecularis invocetur. Et fuper hujufmodi publicis exceffibus diligentem per Decanos inveftigationem fieri ordin[a]t: fi non licet in delinquentium ecclefiis, faltem in vicinis ecclefiis fit talis indagatio.

De vifitationibus.

[186.] Preterea conftituit hæc Conventio, quia nonnunquam tales, ut præfertur, publici exceffus, tam majores quam minores, per Decanos et alios vifitatores occultari et diffimulari dicuntur, eoquod pecuniarios quæftus a concubinariis et adulteris accipere non erubescant, faciendo eos in tali fœditate fordefcere, quod Decani, ante fufceptionem fui officii, jurent de fideli ejus adminiftratione in omnibus; et cum exceffus majores eorumdem Commiffariis deferant, non prius recipiantur ab eis, quam illi denuo jurati fuerint, quod omnes et fingulos exceffus majores, tam publicos quam privatos, fibi per

affifas et inquifitiones utrobique delatas, abfque gratia aut favore, prece vel pretio, nullis penitus omiffis, Commiffiariis tradant; qui fi reperti fuerint in præmiffis culpabiles, perjurii, amiffionis officii, aliifque arbitrariis pœnis per Ordinarium infligendis fubjaceant. Et fuper hoc follicite inquirant Commiffarii, prout Domino Ordinario funt refponfuri.

De glebis ecclefiafticis non dandis in feodum vel emphiteofim.

[187.] Ne non refidentia, vicariorum, rectorum, et præbendariorum, in animarum curis et facramentis ecclefiæ miniftrantium, adminiftrationes negligantur, ftatutum eft, ut nullæ fiant infeudationes fen emphiteutariæ locationes, vel ad longum tempus affedationes, quarumcumque glebarum feu terrarum ecclefiafticarum, aliquarum rectoriarum, vel vicariarum, per ipfos rectores vel vicarios impofterum, nifi prius bonis caufis in Generali aut Proninciali Concilio feu Synodo capitulariter tractatis, ac in earundem ecclefiarum vtilitatem vergentibus, nec folum in particulare commodum ipforum poffefforum, fed etiam pro perpetuo fuorum fucceflorum: alias no tales infeudationes feu locationes per Ordinarios vel capitula admittantur ullo modo vel authorifentur; quæ, fi factæ fuerint, pro nullis reputentur. Et quoad longas affedationes novemdecim annorum de et fuper fructibus et decimis garbalibus dignitatum ecclefiarum cathedralium poft pontificales majorum, præbendarum, et rectoriarum particularium, a menfis epifcopalibus et abbatialibus feparatis, præfens Conventio eafdem fieri ufque ad proximam Conventionem Generalem vel Concilium Provinciale ftatuendum, inchoandum, et celebrandum, penitus prohibet; et ne Ordinarii feu capitula interim aliquas hujusmodi admittant feu authorifent, et fi quas interea fieri contigerit, nullæ et invalidæ fint; et qui contra præmiffa intereffe prætenderint, a proximo Concilio audiantur etc.

Circa neglectæ doctrinæ reformationem, Divinique verbi ministerium; et de Theologo in qualibet ecclesia.

[188.] Præsens Conventio mature avisata, actis Concilii Tridentini, [in] sessione qu[in]ta, inhærens, ad hæreses reprimendas, et ad ædificationem Christi fidelium in verbis doctrinæ Evangelicæ, statuit et ordinat, ut quilibet Episcopus et loci Ordinarius in grege sibi commisso verbum Dei, juxta gratiam sibi a Domino concessam, per se saltem quater in anno, nisi legitimo præpeditus impedimento, ultra communes prædicationes, [quae] per alios ad id admissos fient, prædicet. Et si qui Ordinarii hactenus minus exercitati fuerint in prædicando, sese, quam primum fieri poterit, ad hujusmodi officium, tam proprio studio quam aliorum doctorum, reddant habiles, et ad hunc effectum viros in Sacris literis eruditos in suam familiam et contubernium ascifcant. Cujus quidem Concilii, acti seu decreti tenor sequitur in hæc verba: *Eadem Sacrosancta Synodus, piis summorum Pontificum et probatorum [Concil]iorum constitutionibus inhærens, easdemque amplectens, et illis adjiciens, ne cælestis ille Sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus sua liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat; statuit et decrevit, quod in illis ecclesiis, in quibus præbenda, aut præstimonium, seu ali[ud] quovis nomine nuncupatum stipendium, pro lectoribus Sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, et alii locorum Ordinarii, eos qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi obtinent, ad ipsius Sacræ Scripturæ expositionem et interpretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum [substitutum], ab [ip]sis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, et aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per substractionem fructuum, cogant et compellant. De cetero vero præbenda, præstimonium, [aut] stipendium hujusmodi non nisi personis idoneis, et qu[æ] per seipsas [id mun]us explicare possint, conferantur: et aliter fact[a] provisio nulla sit, et invalida. In ecclesiis autem Metropolitanis, vel cathedralibus, si civitas insignis, [vel] populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in ali[qu]o insigni oppido, etiam nullius diœcesis, [si i]bi clerus numerosus*

fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium [hu]jusmodi deputatum reperitur, præbenda qu[omodo]cumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile in[junctu]m non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta et deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis ecclesiis nulla vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ civitatis et diœcesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de capituli consilio ita provideat, ut ipsa Sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, [ut] quæcumque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutæ, propter id minime prætermittantur.

De Magiſtro Grammatices.

[189.] *Ecclesiæ vero, quarum annui proventus tenues fuerint, et ubi tam exigua est cleri et populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, [saltem] magist[rum] habea[nt] ab Episcopo [cum] consilio capituli, eligendum, qui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat; ut deinceps ad [ipsa] Sacræ Scripturæ studia, a[nnue]nte Deo, transire possint. Ideoque illi magistro grammatices [vel] alicujus simplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perstiterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ ecclesiæ et diœcesi accommodam, ne pia hæc, utilis atque fructuosa provisio quovis quæsito colore negligatur. In monasteriis quoque monachorum, ubi commode fieri queat, etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi [locorum] in hoc, ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conventibus vero aliorum regularium in quibus studia commode vigere possunt, Sacræ Scripturæ lectio [similiter] habeatur: quæ lectio a capitulis generalibus vel provincialibus assignetur dignioribus magistris. In gym-*

nasiis [etiam] publicis, ubi tam honorifica, et ceterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religios[issim]orum Principum, ac Rerumpublicarum pietate et charitate ad Catholicæ fidei defensionem et incrementum, sa[n]æque doctrinæ conservationem et propagationem instituatur: et ubi instituta foret, et negligeretur, restituatur.

Quo modo eligi debeat Lector publicus.

[190.] *Et, ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem Sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus et scientia examinatus et [ap]probatus [non] fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur.*

Privilegia studentium in Theologia.

[191.] *Docentes vero ipsam Sacram Scripturam, dum publice in scholis docuerint, et scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum et beneficiorum suorum, in absentia a jure [communi] concessis, plene gaudeant et fruantur.*

De prædicatione verbi Dei populo.

[192.] *Quia vero Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Evangelii, quam lectio, et hoc est præcipuum Episcoporum munus, statuit et decrevit eadem Sancta Synodus omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates et omnes alios ecclesiarum Prælatos teneri per seipsos, si legitime [im]pediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Iesu Christi Evangelium. Si vero contigerit Episcopos et alios præ[dic]tos, legitimo detineri impedimento, juxta formam Generalis Concilii viros idoneos assumere teneantur ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subjaceat ultioni.*

Archipresbyteri quoque, Plebani, et quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis et festis solemnibus, plebes sibi commissas, pro sua et earum capacitate, pascant salutaribus verbis; docendo quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis, cum brevitate et fac[ili]tate sermonis, vitia quæ eos declinare, et virtutes quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, et cœlestem gloriam consequi valeant. Id vero si quis [eorum] præstare negligat, etiam si ab Episcopi jurisdictione quavis ratione exemptum se esse prætenderet; etiam si ecclesiæ quovis modo exemptæ dic[ere]ntur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesim existenti, forsan annexæ vel unitæ, modo reipsa in diœcesi sint, provida pastoralis [Episcoporum] sollicitudo non desit, ne illud impleatur: Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis. *Itaque, ubi ab Episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias, ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur, ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscens officium suum impleat. Si [quæ] vero parochiales ecclesiæ reperiantur subjectæ monasteriis in nulla diœcesi existentibus; si Abbates et regulares Prælati in præ[dict]is negligentes fuerint, a Metropolitanis, in quorum provinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam, quo ad hoc, Sedis Apostolicæ delegatis, compellantur: neque hujus decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, [aut] reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque desuper a competenti judice, qui summarie, et sola facti veritate inspecta procedat, cognitum et decisum [fuerit]. Regulares vero cujuscumque ordinis, nisi a suis superioribus de vita, moribus et scientia examinati et approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in ecclesiis suorum ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, et ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant.* Item: *In ecclesiis vero quæ suorum ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur; sine qua in ipsis ecclesiis [non] suorum ordinum nullo modo prædicare possint: ipsam autem [licentiam] gratis Episcopi concedant.*

De pfeudoprædicatoribus.

[193.] *Si vero, quod absit, prædicator errores aut scandala disseminaverit in populum, etiam si in monasterio sui vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicaverit, contra eum, secundun juris dispositionem, [aut] loci consuetudinem procedat; etiam si prædicator ipse generali vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu [Episcopus] auctoritate Apostolica, [et] tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel [alias] calumniose vexetur, justam[ve] de eis conquerendi occasionem habeat. Caveant præterea Episcopi, ne aliquem, vel eorum, qui cum sint nomine Regulares, extra claustra tamen et obedientiam Religionum suarum vivunt; vel Presbyterorum Secularium, nisi ipsis noti sint, et moribus [atque] doctrina probati, [etiam] quorumlibet privilegiorum prætextu, in sua civitate vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re Sancta Sedes Apostolica consulatur; a qua privilegia hujusmodi, nisi tacita veritate, et expresso mendacio, ab indignis extorqueri verisimile non est.*

[De Quæftoribus eleemofynariis.]

[194.] *Quæstores vero eleemosinarii, qui etiam Quæstuarii vulgo dicuntur, cujuscumque conditionis existant, [nullo modo] nec per se, nec per alium, [prædicare] præsumant; et contra facientes ab Episcopis, et Ordinariis locorum, privilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceantur.*

Quod rectores et Epifcopi quater in anno per fe prædicent.

[195.] Circa quæ quo frequentioribus Divini verbi prædicationibus inftruatur populus, ftatutum eft, ut ecclefiarum parochialium rectores, qui judicio Ordinarii ad prædicandum fidei rudimenta fuis parochianis habiles et idonei cenfebuntur, per fe faltem, juxta ftatuta Provincialia et Synodalia

pro prædicatoribus edita, quater in anno prædicent. Illis vero rectoribus, qui juvenes et inidonei ad id visi fuerint, per locorum Ordinarios injungatur, ut se ad hoc quam primum reddant per studia in gymnasiis publicis habiles, et interim per alios prædicatores, suis sumptibus, de licentia Ordinariorum admittendos, prædicare, et suas vices implere [faciant] in omnibus. Qui autem grandævi et doctrinæ incapaces sunt, hoc ipsum similiter per alios fieri procurent, quos etiam per suam præsentiam prædicantes authorisare oportebit, et hoc [ultra] communes instructiones seu prædicationes per vicarios seu curatos singulis Dominicis diebus et forsan aliis majoribus festis fiendas. De rectoriis porro, monasteriis, collegiatis ecclesiis, seu aliis piis locis in co[mmun]iis seu mensa capitulari unitis, ordinatum est ut Abbates, Priores et Commendatarii, Administratores, Præpositi, Decani, et Præbendati rectoriarum portionarii, per se vel eorum membra inferiora, seu alios eorum nomine, populum in fide instruendum curent, et id suis parochianis fieri procurent. Prioriss[as] autem monialium Archiepiscopo Sancti Andreæ [subjectas], ut a Sede Apostolica sententiatum est, sub pœnis in dicto Provinciali statuto et [aliis] statutis desuper editis, [ad idem teneri decrevit], quæ de novo publicari et præsentibus inseri in hac Sancta Synodo decretum est.

Quod in unaquaque ecclesia cathedrali sit Theologus, et Juris Canonici professor.

[196.] Concilium seu Conventio, verbi Divini seminationem insequens, pro sustentatione doctorum et eruditorum in Theologia, ac Jure Pontificio, apud ecclesias cathedrales et civitates, statuit, ut universi et singuli locorum Ordinarii apud suas ecclesias cathedrales habeant continue unum doctorem Theologum, licentiatum vel baccalaureum in Theologia, et similiter Canonistam in Jure Pontificio qualificatum; utque Theologus prædictus omni die legibili, saltem in unaquaque hebdomada, in Sacris litteris publice legat, et interpretetur, ac tam in eadem cathedrali quam [in]

aliis ecclefiis prædicet, cu[i] interpretanti et prædicanti civitati[s] illius Epifcop[us] et canonici intereffe vol[ente]s inter[fin]t. Canonifta quoque fimiliter Jus Canonicum publice in dicta ecclefia ac civitate profiteatur, cui ipfi canonici et reliqui ipfius civitatis clerici interfint. Pro quorum Theologi et Canoniftæ fuftentatione quilibet Ordinarius deputabit aliquod beneficium de proximo vacaturum ad fuam difpofitionem fpectans infra fuam ecclefiam, ad valorem annuum pro Theologo ad minus centum librarum, pro Canonifta vero centum marcharum Scoticanæ monetæ, pro perpetuis futuris temporibus, ipfis et eorum fucceffforibus in eifdem officiis remanfuris. Qui ambo Theologus et Canonifta legere et docere circa feftum Divi Michaelis, die [vicefimo nono] menfe Septembris proxime futuro incipient. Provifum eft [quoque] per hanc Synodum quod ufque ad vacationem beneficiorum prædictorum, ad præmiffum effectum difponendorum, quilibet Ordinarius fuis propriis fumptibus, a dicto fefto Divi Michaelis, honefte fuftentabit [præfatos Theologum et Canoniftam] ad ratam et quantitatem dictarum fummarum.

Quod in unoquoque monafterio unus fit Theologus.

[197.] Similique pro effectu, ad eundem modum, ut Sacrarum litterarum ftudia et virtutes ipfi Deo favorabiles, [in monafteriis], ut olim et interdum, fecundum Deum floreant, ordinatum eft ut finguli Abbates, Priores, Commendatarii, prælaturarum majorum Adminiftratores inveniant et fuftentent Theologum religiofum vel fecularem, qui, fingulis diebus, ut fupra, infra fepta monafteriorum Divinas literas, prout auditoribus expedierit, legere teneatur, et in ecclefiis ipfis monafteriis annexatis, ut præmittitur, prædicet. Prelati etiam, beneficia ad eorum difpofitionem fpectantia obtinentes, iifdem Theologis et eorum fucceflforibus, pro [eorum] fuftentatione de beneficiis, ad valorem centum marcarum, provideant. Non habentes vero beneficia ad eorum difpofitionem et præfentationem ad prædictum effectum, cujufmodi funt illi Ciftercienfis ordinis, eundem

Theologum propriis impenſis, juxta præfatæ ſummæ facultatem, præfato Theologo honeſte, ſecundum ſtatuta ſui ordinis, ſuſtentando provideri curent; ea tamen lege adjecta, quod per hanc ordinationem eleemoſinæ conſuetæ religioſorum mendicantium et prædicantium non abſtrahantur vel diminuantur.

De quibus monaſteriis quot ad literarum ſtudia emittendi ſunt.

[198.] Item ut [in] monaſteriis de ſe etiam evadant et refloreant viri litterati et in Divino eloquio et paſtu animarum ſalutari concionatores, hæc Sancta Conventio præcipit ut ex uniuscujuſque hujus regni diœceſis monaſteriis, juxta ipſorum monaſteriorum facultates, tranſmittantur duo aut unus religioſi vel religioſus, ad litterarum capacitatem maxime habiles, et ingenioſi, ad Univerſitates omnes proximas vel alias, ut illis libuerit, ibidem ſaltem ad quadriennium in Theologia et Sacris literis ſtudondo remanſuri. Quo ſpatio completo, remittantur ad ipſas Univerſitates alii religioſi prædicti, pari modo litteris vacaturi.

Monaſteria præcipua e quibus ad litterarum ſtudia, præfati effectus cauſa, [religioſi] juxta monaſteriorum vires et facultates ſint emittendi, ſequentem per modificationem notantur.

Et primo de diœceſi Sancti Andreæ.

Ex monaſterio Prioratus Sancti Andreæ,	religioſi 3.
Ex monaſterio de Abirbrothok,	3.
Ex monaſterio de Dumfermling,	2.
Ex monaſterio Sanctæ Crucis,	2.
Ex monaſterio de Calco,	2.
Ex monaſterio de Cu[pro],	2.
Ex monaſterio de Cambuſ[kyneth],	1.

Ex monaſterio de Lundo[ris],	religioſus 1.
Ex monaſterio de Bal[mer]ino,	1.
Ex monaſterio de Coldinghame,	1.
Ex monaſterio do Petty[nw]oyme,	1.
Ex monaſterio de D[r]ybru[gh],	1.
Ex monaſterio ſive prioratu de Northber[wick],	ſecularis 1.
Ex prioratu de Hadington,	1.

Glaſguenſis diœceſis.

Ex monaſterio de Paſleto,	religioſi 2.
Ex monaſterio de Mel[ros],	2.
Ex monaſterio de [K]il[w]yn[ing],	1.
Ex monaſterio Crucis Regalis,	1.
Ex monaſterio de J[e]db[urg],	1.
Ex [monaſterio de] Halywoode,	1.
Ex monaſterio Dulcis Cordis,	1.

In diœceſi Candidæ Caſæ.

Pro prioratu de Candida Caſa,	2.
Ex monaſterio Vallis Lucis,	1.
Ex [monaſterio de] Dundranan,	1.
Ex [monaſtorio] de Tungland,	1.

In diœceſi Aberdonenſi.

Pro monaſterio de Deyr,	1.

In diœceſi Moravienſi.

Ex monaſterio de Kinloſſ,	1.
Ex monaſterio Pluſcardenſi,	1.

In diœcesi Dunblanensi.

[Ex monasterio de] Incheshaffray,	religiosus 1.
[Ex monasterio de] Culross,	1.
[Ex monasterio de] Inchemahomo,	1.

In diœcesi Dunkeldensi.

Pro monasterio Sanctæ Columbæ [Insulæ],	[1.]

De reliquis diœcesibus tacetur.

De methodo et forma prædicationum.

[199.] Prædicatores nunc instituti et alii secundum præsentem Sanctam Conventionem, post hujusce statuti publicationem, præsentem hanc formam in suis prædicationibus observare tenebuntur: ut in omnibus et singulis eorum prædicationibus seu concionibus priorem partem Epistolæ vel Evangelii declarando tribuant, et illius posteriorem partem, prout tempus et auditores patientur, Cathechismo, hoc est communi doctrinæ seu instructioni, impertiantur. Cathechismum autem vocamus brevem instructionem in fidei rudimentis, vel in expositione articulorum fidei, Decalogi præceptorum, peccatorum septem mortalium, septem Ecclesiæ sacramentorum, Dominicæ Orationis, et Salutationis Angelicæ, ac operum misericordiæ. In quibus omnibus prædicationibus injungatur ut populum Christianum inducant ad sacramenti altaris condignam venerationem, et ut de viribus et usu ejusdem pro captu populi populum instruant.

Forma in interpretatione Theologiæ observanda.

[200.] Ut ea circa hæc in publicis gymnasiis et academiis legantur, per quæ doctrinæ utili scientiarum et populi Christi fidelis eruditioni consuli spere-

tur potius, ftatuit hæc Sancta Synodus, ut Lectores Scripturarum et Theologiæ in fingulis collegiis [ita Scripturis et] Theologiæ vacent [ut aliqui] Scripturas quam puriffime, juxta Ecclefiæ Catholicæ fenfum, tractare nitantur; alii vero ex eis ipfarum Sacrarum lecturis, ad veterum doctorum amuffim et Catholicæ fidei veritatem, [Theologiæ] diverfis horis uniuscujusque hebdomadis, diebus certis [legendæ] incumbant, fic ut taliter ftudentes in Sacris ipfis Scripturis [et] fpeculativis proficiant: et ut id ipfum quilibet Ordinarius intra fuam Univerfitatem, fi quam habeat, aliter vero intra civitatem fuam et apud ecclefiam cathedralem fieri procuret, mandat ipfa Synodus; quodque utilius et pro tempore ædificabilius fore cenfetur, ut, quantum ad fpeculat[iva]m [Theologiam], lecturæ probatorum authorum, ut funt opera Magiftri Sententiarum, commentarii Divi Thomæ Aquinatis, Sancti Bonaventuræ, et aliorum, potius vacent.

Ordo obfervandus in lectionibus Grammatices et Dialect[ic]es.

[201.] Vult et jubet hæc eadem Synodus, ut provideat uniuscujufque Univerfitatis Rector, caufis ad id moventibus non oblitis feu omiffis, ne ulli ad fcholas Dialectices five Artium recipiantur, nifi qui Latine et grammatice loquuntur; ac ut Dialecticam artem experiri cupientes, priufquam ad illam artem admittantur, examinentur, et ne ad Baccalaureatus feu Magifterii lauream recipiantur, nifi prius de examinis rigore ad hoc idonei fuerint reperti: alioqui ad proximam inferiorem claffem deponantur; quod nifi factum fuerit Rectori imputabitur.

Item provideat Archidiaconus Sancti Andreæ pro Magiftro Scholæ Grammaticalis in civitate Sancti Andreæ, qui fit in Grammaticis [verfatus], bonis moribus imbutus, et in aliis ad inftruendum pueros et puerilia Grammaticæ non callentes requifite fufficiens.

De qualitate ordinandorum.

[202.] Quantum ad qualitatem ordinandorum in moribus, fcientia et titulo, ftatutum eft ut in his facrorum canonum difpofitio ad unguem fervetur, et inter ordinandum finguli Ordinarii habeant præ oculis eandem difpofitionem, quam ordinando legere, aut legi facere, faciant; quodque nulli ecclefiaftici quantumcunque in literis [et] moribus fufficientes per fpatium trium annorum proximorum a data præfentium futurorum in facris ordinibus initientur, nifi beneficiati, religiofi, ac titulum canonicum ad valorem viginti librarum monetæ Scoticanæ habentes; circa quæ difcutiant diligenter Ordinarii eorum titulos; omnis etiam illicitæ pactionis abfit fufpicio, et fuper hoc fidem faciant ordinandi. Et ordinati per Ultramarinos Epifcopos, undecunque venerint, altari non [se] immifceant, [et] nifi per Diœcefanos aut eorum deputatos [ad id] commiffos, in quorum diœcefibus altari fefe junxerunt, prævio examine judicis competentis [idonei comperiantur], nequaquam permittantur; ita ut idonei fecundum præfens ftatutum reperti, admiffionem mereantur, et in his inidonei comperti, ab ordinum fuorum executione, ufquequo fefe habiles et idoneos reddiderint, fufpendantur.

Quod finguli curati examinentur per Ordinarios.

[203.] Circa parochialium ecclefiarum curatos feu miniftros curam animarum exercentes, quia ex illis plurimi per totum regnum Scotiæ adeo infufficientes, tam in litteratura, moribus, et difcretione, quam [in] aliis ad id officium neceffariis deprehenduntur; ftatuit præfens Conventio, [ut] per locorum Ordinarios, intra hinc et ultimum Decembris proximo futurum, vocentur coram ipfis Ordinariis, vel eorum Commiffariis ad id deputatis feu deputandis, finguli curati ad fubeundum examen debitum in omnibus eorum officio convenientibus, cum certificatione quod fi non com-

paruerint, ab eorum curis et officiis amoveantur: et qui idonei fuerint, et comparuerint, continuabuntur et de novo admittentur; inidonei vero, juxta juris difpofitionem, rejicientur, et ad fe removendum in proximis eorum fynodis præmoneantur; ac finguli curatorum inidoneorum vicarii feu rectores, nbi vicarii proximi non funt, moneantur, ut per fe in eorum curis deferviant, quoadufque per fe et eorum quemlibet refpective de qualificato curato, per Ordinarium loci admiffo, provifum fuerit.

Penfionarii in fuis curis refideant.

[204.] Penfionarii vero vicarii, ut ex ftatutis et confuetudine, in eorum curis et penfionibus refideant, ac per fe deferviant fub pœna fufpenfionis et confifcationis fructuum omnium fuorum, penfionum et reddituum in pauperum ufus per Ordinarium applicandorum. Et fimiliter examinentur ifti vicarii penfionarii, ac eorum parochiani et vicini, feu alii notitiam habentes; et qui inhabiles inventi fuerint, ftatim Ordinariis deferantur ad effectum ut in Concilio Provinciali, feu Conventione Generali proxime futura, contra eos de remedio provideatur opportuno.

Qualis eligi debeat, ut fiat curatus.

[205.] Idoneitas autem præficiendorum animarum curis et beneficiis ecclefiafticis in hoc potiffimum confideretur, ut qui ad hujufmodi beneficia et curas admitti petunt, fatiffacere velint et poffint officiis fuis fibi committendis, fuoque munere, juxta beneficii et curæ exigentiam, fideliter fungi.

Quibus conferri debent beneficia.

[206.] Sintque viri legitimæ ætatis, moribus graves, literarum fcientia præditi, ad facros ordines promoti, nec corpore vitiati; alioqui fciant hi, quorum intereft, tales ad beneficia ecclefiaftica et curas admitti cupientes, ut

fiquidem dolo, gratia, favore vel negligentia in his peccaverint, non minorem fibi quam [illis] malis vicariis et curatis, quos ipfi dictis curis præfecerint, pœnam incurriffe, quæ eis in diftricto Dei judicio imminet, et præter hæc pœnis etiam canonicis fefe fciant effe obnoxios. Et præterea ut ipfi vicarii et curati fuo officio attentius abfque impedimento defervire teneantur, negligentiaque eorum puniatur liberius; ordinatum exiftit, ut quilibet curatus feu vicarius penfionarius, animarum curam exercens, et in ea refidens, habeat fingulis annis, pro fuo feodo et ftipendio, viginti marcas Scoticanæ monetæ, vel æquivalentiam, computandis proficuis horto et curæ adjacentibus; hoc provifo, quod in illis diœcefibus five locis, ubi viget fames et caritas victualium e[x] hoftium invafionibus et incurfionibus, Ordinarii locorum in fuis fynodis hujufmodi fterilitatis et caritatis annonæ [causas denuntient, et stipendia] caritat[iv]e augeant: ac ut non liceat ipfis vicariis penfionariis feu curatis per fubftitutos, fed per feipfos in dictis curis refidere; alioqui ut loco curatorum licebit vicario feu rectori alium loco non refidentis deputare de Ordinarii confilio, abfque ulteriore proceffu; quum penfionarii non refidentes per Ordinarios veniant privandi, juxta illud Tridentini Concilii, quod incipit: *Inferiora beneficia.* Cujus tenor fequitur in hæc verba: *Inferiora beneficia [ecclesiastica], præsertim curam animarum habentia, personis dignis, et habilibus, et quæ in loco residere, ac per seipsos curam ipsam exercere valeant, juxta constitutionem Alexandri III. [in] Lateranensi, quæ incipit:* Quia nonnulli, *et aliam Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio, quæ incipit:* Licet canon, *editam, conferantur. Aliter autem facta collatio, sive provisio, omnino irritetur: et Ordinarius collator pœnas constitutionis Concilii Generalis, quæ incipit:* Grave nimis, *se noverit incursurum.*

Quod nemo plura beneficia incompatibilia habeat.

[207.] *Quicumque [de cetero] plura curata, aut alia[s] incompatibilia beneficia ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quo-*

cunque nomine, et titulo, contra formam sacrorum canonum, et præsertim constitutionis Innocentii III. quæ incipit: De multa, *recipere, ac simul retinere præsumpserit, beneficiis ipsis juxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam præsentis canonis vigore, privatus existat.*

Quod Ordinarii difpenfationes exhiberi faciant.

[208.] *Ordinarii locorum, quoscumque plura curata, aut alia[s] incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere distincte compellant, et alias procedant juxta constitutionem Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio [editam], quæ incipit:* Ordinariis: *quam eadem Sancta Synodus innovandam censet, et innovat; addens insuper, quod ipsi Ordinarii etiam per idoneorum vicariorum deputationem, et congruæ portionis [fructuum] assignationem, omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur; et beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur: appellationibus, [privilegiis], et exemptionibus quibuscumque, etiam cum judicum specialium deputatione, et illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.*

De unionibus beneficiorum.

[209.] *Uniones perpetuæ, a quadraginta annis citra factæ, examinari ab Ordinariis, tanquam a Sede Apostolica delegatis, possint: et quæ per surreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ vero, quæ a dicto tempore citra concessæ, nondum in toto vel in parte sortitæ sunt effectum, et quæ deinceps ad cujusvis instantiam f[ie]nt, nisi eas ex legitimis, [aut alias] rationabilibus causis, coram loci Ordinario vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per surreptionem obtentæ præsumantur: ac propterea, nisi aliter a Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.*

Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita et

annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur: qui sollicite providere procurent, ut per idoneos vicarios, [etiam] perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis [cum] tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabili[ter] exerceatur: appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum judicum deputatione, et illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minime suffragantibus.

Ordinarii loca exempta vifitent.

[210.] *Locorum Ordinarii [ecclesias] quascumque, quomodolibet exemptas, authoritate Apostolica, singulis annis visitare teneantur, et opportunis [juris] remediis providere, ut, quæ repara[tione] indigent, reparentur; et cura animarum, si qua illis immineat, aliisque debitis obsequiis minime defraudentur: appellationibus, privilegiis, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præscriptis, judicum deputationibus, et illorum inhibitionibus penitus exclusis.*

Circa clericos parochiales.

[211.] Statuit Synodus, ut clerici parochiales per fe deferviant in eorum officiis, vel præfentent in fingulis Synodis fufficientem fubftitutum, per Ordinarium admittendum, in ipfo officio defervientem, qui honeftus fit, et nov[er]it honefte vices fui principalis in hujusmodi officio fupplere; alioqui, fi id non factum fuerit, mulctetur tertia parte emolumentorum clericatus prima vice, ac, fecunda, bina pauperibus applicanda, et deinceps Ordinarii arbitrio pœna puniatur.

De teftamentis, et quod executores computum et rationem reddant.

[212.] Hæc Conventio ftatuit, ut regiftrentur autentice omnia teftamenta, et defunctorum bonorum inventaria, ad executionem nominatorum, et bono-

rum intermiſſorum conſervationem; a quibus per Officiales et Commiſſarios Ordinariorum ſingulis annis de bonorum et rerum fideli adminiſtratione computum et ratio omnium reddatur, prout ad id admonendi ſunt, tam in confirmationibus quam in auditione computorum; [ut] provideatur ſuper indemnitate prolium, pupillorum, legatoriorum et aliorum intereſſe habentium, per ſufficientem rationem, et aliter, prout de jure; et ne Decani vel Commiſſarii aliqua teſtamenta confirment, niſi prius receptis juramentis ab executoribus de fidelitate et veritate inventariorum, et de pretiis bonorum.

Circa teſtamenta diœcesanorum Orchadenſium, ad modum et morem ſolitum et debitum reliquarum provinciæ Scoticæ diœceſium inducenda et obſervanda.

[213.] Præſens Scoticanæ provinciæ Generalis Conventio ſeu Concilium Provinciale legitime congregatum, ſervatis primitus de jure et conſuetudine ſervandis, ac longis et juſtis ſuper infraſcriptis tractatibus et conſiderationibus præhabitis, diſputatis et diſcuſſis, pro perpetuis futuris temporibus, et ad perpetuam rei memoriam, conſtituit, decrevit et ordinavit, quod in condendis teſtamentis et bonorum innotationibus, tam in teſtatis quam non teſtatis, et ab inteſtato decedentium, per omnes et ſingulas, totas [et] integras inſulas Orcadenſes ac Zitlandiæ, et alias partes ubilibet per diœceſim et juriſdictionem ſpiritualem ſubjectas Orcadenſi eccleſiæ, omnes et ſinguli Orcadenſes diœceſani eiſdem legi et conſuetudini ſubjaceant, quibus ceteri in aliis quibuſlibet Scotiæ provinciis ac diœceſibus; quodque defunctorum diœceſis Orcadenſis executores nominati, et utcumque teſtantium et non teſtantium, ſeu ab inteſtato decedentium, bonorum intermiſſores ad conficienda bona inventaria, eaque Ordinario vel ejus Commiſſariis exhibenda et confirmanda curent, et pro eis Ordinario debita et ſolita ſatiſfacere teneantur [et] contrahantur. Quod ſi non fecerint, ſeu aliquis eorum non fecerit, licebit dicto Ordinario et [ejus] Commiſſariis,

ſervatis proceſſibus in ſimilibus conſuetis, de dictis bonis ſive teſtatis ſive non teſtatis executores dativos, ad ejus arbitrium dare et conſtituere in omnibus, juxta morem præfatum in illis ſervatum et obſervandum.

De examinatione Notariorum.

[214.] Ordinatum eſt prætcrea, ut vocentur Notarii in ſingulis diœceſibus, per eorum Ordinarios reſpective, ad ſubeundum novam examinationem ſecundum juris conſuetudinem, et Parlamentorum regni exigentiam; qui vocari ſtatuuntur ad hos dies ad quos vocandi ſunt eccleſiarum curati, intra hanc et primam ſuarum diœceſium reſpective synodum, ad effectum examinationis; utque interea fiat inquiſitio inter eorum vicinos, per Commiſſarios ad hoc deputandos, ſuper f[a]ma, exiſtimatione, legalitate et fideli exercitio tabellionatus [et] officii hujuſmodi, antequam ad examinationem veniant: ubi, habita examinatione, idonei reperiuntur, admittantur, et ſtatim litteras ſuarum admiſſionum recipiant; inidonei vero ab executione officii ſuſpendantur, ſic quod in poſterum eorum inſtrumenta pro nullis et invalidis in judicio et extra habeantur; nec non quod Notarii admiſſi imprimant vel ſubſcribant ſua ſigna, quibus in inſtrumentis uſi ſunt et uſuri, in libris Officialium illarum diœceſium, ſive Commiſſariorum, coram quibus et per quos examinentur; et contumaces citatione præventi uſque ad comparitionem ſuſpendantur, et tam admiſſi quam non admiſſi in synodis prædictis publicentur.

De Prothogollis Notariorum defunctorum.

[215.] Statuit hæc Synodus et decrevit, ut Prothocolla ſive libri et inbreviaturæ Notariorum defunctorum, decedentibus Notariis, ad Officialem illius diœceſis, in qua decedunt, actualiter deliberentur; et ſi hi libri Prothocollorum per Notarios decedentes aliquibus in eorum teſtamentis legati fuerint, ineatur ratio ſeu tranſactio inter tales legatarios et ſcribas Offici-

alium ſuper proficuis et utilitate inſtrumentorum de Prothocollis extrahendorum; quæ fienda curent ſinguli Officiales in eorum official[at]ibus et juriſdictione: et quod folia prothocollorum in eorum receptione numerentur et ſignentur per dictos Officiales.

De pluralitate beneficiorum.

[215.] Quantum ad pluralitatem beneficiorum, Conventio ſeu Concilinm refert ſe ordinatis ſeu ordinandis in Concilio Tridentino, nondum diſſoluto, quod ſic incipit: *Nemo, quacumque etiam dignitate, gradu, [aut] præeminentia præfulge[ns], plures Metropolitanas seu cathedrales ecclesias [in titulum], sive commendam, aut alio quovis nomine, contra sacrorum canonum instituta, recipere, et simul retinere præsumat: cum valde felix sit ille censendus, cui unam ecclesiam, bene, [ac] fructuose, et cum animarum sibi commissarum salute, regere contigerit. Qui autem plures ecclesias contra præsentis decreti tenorem [nunc] detinent, una, quam maluerint, retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionem pertineant, alias infra annum, dimittere teneantur: alioquin ecclesiæ ipsæ, ultimo obtenta duntaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.* De beneficiis inferioribus ſuperius patuit.

De fundationibns Hoſpitalium et Monaſteriorum.

[216.] De Hospitalium ſtatu et reformatione ſtatutum eſt, ut quilibet Ordinarius per ſuam diœceſim diligenter inquirat de fundationibus [Hoſpitalium] ubicumque locornm intra ejus diœceſim ſitorum, et ſi ipſarum fundationum chartæ ſive inſtrumenta reperiri poterunt, conſideret diligenter qui redditus et jura eiſdem ſpectabant, et ſpectare deberent, et pro quibus et qualibus perſonis erant inſtituta, et de eorundem piornm locorum deſtructione, mutatione redituum in alios uſus, et a quibus de præſenti poſſidentur, et quo titulo; et idem fiat de capellaniis et aliis fundationibus et officiis eccleſiaſticis perpetuis, et in divinum cultum, et pro ſalute et ſuffragio

animarum fundatis intra diœcefim; et quod in præmiffis certi comparuerit, in fequenti Conventione Generali, feu Prælatorum Concilio Provinciali, ad effectum correctionis referat. Circa quæ hortatur hæc Conventio omnes et fingulos Abbates, Priores, Commendatarios, Adminiftratores, Prioriffas monialium, necnon Præpofitos et Decanos ecclefiarum collegiatarum qui ad hoc tenentur, quatenus elemofinas per ipfos pauperibus mendicantibus erogari folitas, renovandas et continuandas curent, ac fuas ecclefias tam in parietibus quam in tectis ruinofas et defectuofas reparent et reftaurent; et defuper finguli Ordinarii in fuis vifitationibus proxime futuris diligenter inquifitionem et difcuffionem habeant. Necnon ut hujufmodi elemofinarum difpenfatio viris fidelibus et difcretis ac honeftis committatur, qui pauperum curam in illis locis agant, atque ut uniuscujusque monafterii Magiftri Fabricæ et Operum Directores, quatenus annis fingulis in ecclefiis [fieri debet, ad] loca ecclefiaftica ipfis monafteriis et ecclefiis præfatis annexata, pro defectuum correctione, vifitanda mittantur, hortatur et ordinat.

Quod beneficia patronata non conferantur nifi prævio edicto.

[217.] Item ad evitandas lites in beneficialibus, ne ex ignotis interdum procedatur [ad] conferendum beneficia quæ ad aliorum patronatum fpectant, ftatuit Concilium, ne per locorum Ordinarios provifiones quorumcumque beneficiorum, in non maxime claris, nifi prævio edicto publice et fummarie tam de vacationibus quam de jure patronatus ipforum præfentantium, juxta caput . . . . . *De electione*, libro fexto, cognito; exceptis his quæ ad ipforum Ordinariorum difpofitionem collationemque pleno jure [fpectant], et de quorum patronatu certo et liquido conftat, cuicumque vel quibufcumque fiant aut concedantur; utque regiftra omnium collationum apud fingulos Ordinarios et eorum quemlibet remaneant.

Ad ſuſtentationem et perſiſtentiam ſeminatorum verbi Divini, quo Chriſtiana plebs paſcenda eſt, etc.

[218.] Archiepiſcopus Primas, Epiſcopi Ordinarii, et alii inferiores de clero, in Concilio præſenti Provinciali Conventionem Generalem Epiſcoporum et cleri regni Scotiæ repræſentantes, ad perpetuitatem ſermocinantium per provinciam, et eorumdem ſuſtentationem, ne prædicantes ipſi victu et neceſſariis deſtituantur, aſſignarunt, pro ſe et aliis reſpective, prædicatoribus ſermocinaturis, per quemlibet Prælatum, in ſuis locis et populo ſubjecto, beneficia ſequentia, cum proviſione fienda de non reſignandis illis per poſſeſſores in præjudicium ſermocinantium, ut in inſtrumentis deſuper [factis] continetur.

Nomina beneficiorum prædicatoribus aſſignatorum.

[219.] Pro Archiepiſcopo Sancti Andreæ, rectoria ſeu eccleſia de Mu[k]e[rt].
Pro Archiepiſcopo Glaſguenſi, vicaria Glaſguenſis, ſeu Glaſgu ſecundo.
Pro Epiſcopo Aberdonenſi, præcentoria, ſeu præbenda de Crewdane.
Pro Epiſcopo Moravienſi, rectoria de Inverkoithen.
Pro Epiſcopo Candide Case, rectoria de Kirk[chryst].
Pro Epiſcopo Dumblanenſi, præbenda de Kippen.
Pro Epiſcopo Dunkeldenſi, archidiaconatus Dunkeldenſis.
Pro Epiſcopo Leſmorenſi, archidiaconatus Leſmorenſis.
Pro Epiſcopo Orcadenſi, præpoſitu[ra] de K[irkwal] aliter Orknay.
Pro Epiſcopo Brechinenſi, ſubdiaconatus Brechinenſis.
Pro Epiſcopo Roſſenſi, archidiaconatus Roſſenſis.
Pro Epiſcopo Cathanenſi, archidiaconatus Cathanenſis,
Pro prioratu Sancti Andreæ, vicaria Trinitatis Sancti Andreæ.
Pro monaſterio [de] Aberbrothok, vicaria de Kerymure.
Pro monaſterio de Paſleto, vicaria de [K]ilmal[k]ome.

Pro monafterio de [Kilw]ynyng, vicaria de Domlop.
Pro monafterio de Dumfermeling, vicaria de Muffilbrugh.
Pro monafterio de [K]elso, vicaria de Lynton.
Pro monafterio Sanctæ Crucis, vicaria de Falkirk.
Pro monafterio de [D]riburg, vicaria de Kyl[r]yn[n]y.
Pro monafterio de Lundoris, vicaria de Dumdey.
Pro monafterio de S[con]a, ecclefia de Kyl[do]nand in diœcefi Cathanenfi.
Pro monafterio [de] Cambufkynnith, ...
Pro [monafterio de] Inchemahomo, vicaria [de] Linthrathen.
Pro monafterio de Melros, vicaria de Haffe[n]dene.
Pro prioratu de Coldynhame, vicaria de Edim[ham].
Pro prioratu de Quhythorne, vicaria de Glaffartone.
Pro [monafterio de] Kynlos, ...
Pro monafterio Sancti Columbæ Infulæ, vicaria de Leflia.
Pro monafterio de Jedbrucht, vicaria de Du[n]ma[ny].
Pro monafterio de Deyr, vicaria de Petterwgy.
Pro monafterio de Balmerino, rectoria de Logymurthe.
Pro [monafterio de] C[upr]o, ...
Pro [monafterio de] Glenlu[s], ...
[Pro] priorisffatu de [N]orthber[wyck], vicaria de Largo.

Prælati monafteriorum non habentes beneficia ad eorum dispositionem, dent penfiones condignas ad fuftentationem prædicantium.

Item vifum eft præfenti Concilio, rerum et temporis qualitate penfata, ut in principio five exordio concionum, feu poft easdem finitas, fervetur vetus et receptus invocandi modus, dicendi *Pater noster* pro gratia obtinenda, cum Salutatione Angelica ad Beatiffimam Virginem, ad divinam gratiam pro felici et fructuoso fermone fiendo impetrandam apud Dominum Deum; [et] ut fiat in fine fermonis oratio pro animabus defunctorum, ex recepta ecclefiæ confuetudine.

Pro hærefibus extirpandis.

[220.] Item pro hærefibus extirpandis, in præfenti Concilio ftatutum eft, ut finguli locorum Ordinarii in fuis diœcefibus deputent hæreticæ pravitatis inquifitores, viros pios, probos et eruditos, et in Theologia doctos, qui etiam fint bonæ converfationis et famæ, et magnæ circumfpectionis; et qui, cum exactiffima diligentia, perquirant de hærefibus, et de coercendis erroribus, et peregrinis opinionibus contra facramenta ecclefiaftica, et aliis; quique inquirere teneantur de libris damnatis hæreticorum, et de fide male fentientium; et ubi comperti fuerint, ad locorum Ordinarios deferantur. Et præterea finguli Abbates, Priores, Commendatarii, Adminiftratores, Provinciales, Miniftri et Guardiani in fuis monafteriis, cœnobiis, et locis, hoc idem circa fuos fubditos et religiofos faciant, diligenter cellas fuorum religioforum perfcrutentur, ut quidquid ibi hæreticorum librorum, aut contra fidem fentientium repertum fuerit, etiam ad Ordinarios deferatur.

Ordinationes ad reprimendas hærefes, utiles et neceffariæ.

[211.] Imprimis, ftatutum eft, ut Ordinarii locorum, quantum commode fieri poterit, pro tempore et locorum ratione, contra hæreticos diligentem et exactam inquifitionem faciant fingulis annis; univerfales quidem quater in anno, particulares vero toties quoties occafio fefe obtulerit, ut eas quidem juxta fuam poffibilitatem et diligentiam exequantur, fecundum formam et difpofitionem facrorum canonum et præfcriptorum; caput *Ut officium*, caput *Abjurans*, caput *Ut commiffi*, caput *Statuta*, [titulo] *De hæreticis*, libro fexto, aliaque jura canonica infequendo ac regni confuetudines hactenus obfervatas contra hærefiarchas et facramentarios, et præcipue contra facramentum Euchariftiæ obloquentes, cum feveritate juris procedant; et ut inhibitoriales litteræ per Ordinarios fulminentur fub pœna excommunicationis ipfo facto, tam contra prædicantes abfque admiffione

Ordinarii, quam contra ipsos parochianos, seu alios eorundem hujusmodi prædicatorum auditores, ne ipsis audientiam et assistentiam seu favorem præstent; et cum hoc litteræ Reginæ, suis litteris conformes, per Ordinarios impetrentur, et executioni demandentur.

[De morum et vitæ emendatione.]

[222.] [Secundo,] item hortatur præsens Conventio, in visceribus Iesu Christi, ac pro pietatis zelo, quo omnium hæresium in hoc regno occasionibus facilius occurratur, ipsique Ordinarii ad easdem reprimendas liberius et expeditius procedere valeant, quatenus ipsi et eorum quilibet, nec non ceteri Prælati et beneficiati regni mores suos ac vitam, juxta præsentis Concilii statuta et ordinationes, ad meliorem frugem emendent; ne ad aliorum mores districte corrigendos prorumpant [ipsi] notoriis criminibus irretiti, cum hinc maximum populi scandalum et plurima hæreseos pars oriatur.

De prædicatione verbi Dei.

[223.] Tertio, ut provideat quisque infra suam diœcesim, ut rectores ecclesiarum et aliæ ecclesiasticæ personæ laborent pro viribus, ut verbum Dei inter suos greges pure, sincere, et Catholice tractetur; veri ceremoniarum ecclesiasticarum usus prædicentur, modeste, sobrie et prudenter; vetentur opiniones falsæ, criminentur palam et arguantur. Ut ecclesiis, monasteriis, collegiis, universitatibus aliisque piis locis unitis et incorporatis, de frequentioribus verbi Dei prædicationibus provideatur, statutum est ut Abbates, Priores, Commendatarii, Administratores, ac talium locorum Præpositi, mercedes solito liberaliores, tam religiosis quam aliis ad disseminandum verbum Evangelicum per Ordinarios admittendis, restituant; et ut ipsi prædicatores apud unamquamque ecclesiam parochialem benigne hospitio recipiantur, quodque ad hunc effectum ipsi religiosi ex

fingulis parochialibus ecclefiis, de qnibns nullas habeant annnas penfiones victualium, pro quatuor prædicationibus, per ipfos annuatim ad fupplendum rectorum vices fiendis, pro fuis laboribus et expenfis in toto quadraginta folidos percipiant annuatim. Pro qua fumma Officiales feu Commiffarii fingularum diœcefium, ubi per ipfos religiofos ad hoc requifiti fuerint, oftenfis teftimonialibus contra rectores fuos, monitiones fimplices fulmincnt, atque eofdem cogant ad earumdem fummarum folutionem, aliis juris remediis opportunis; provifo tamen, qnod iidem religiofi fint contenti penfionibus victualium, quas annuatim ex monafteriis, prioratibus, aliifque locis fen collegiis pro fuis prædicationibus percipere folent.

Et quoties prædicatum eft nomine rectoris in anno, curati notent, etc.

[224.] Item, ut finguli curati in fuis libris notent quoties, nomine rectoris feu vicarii, in fingulis ecclefiis concionati fuerint ipfi religiofi, et id ipfum locorum Ordinariis in fuis fynodis intimcnt; atque etiam ut per ipfos prædicatores commonftrent curati feu vicarii refidentes de certo die fefto prædicationis futuræ, ut ipfi parochianis fuis debito tempore denuntient, qno frequentiores fermonibus intereffe poffint; et curati hoc negligentes per Ordinarios feriantur: et de fingulis in præfenti ftatuto contentis diligenter inquirant Decani in fuis vifitationibus.

Articuli fuper quibus hæreticæ pravitatis inquifitores fuas inquifitiones formare potiffimum deberent, etc.

[225.] Item expedire vifum eft, ut notentur fpecialiter nonnulli articuli, fuper quibus hæreticæ pravitatis inquifitores fuas inquifitiones formare potiffimum deberent; et ut concionatores in fuis prædicationibns, ubi eorum occafiones inciderint, fecundum temporis et auditorum exigentiam, inter quos tales errores noti fuerint, contra eofdem difcrete et prudenter populum doceant et inftruant, juxta Catholicæ ecclefiæ fententiam. Cavcant tamen,

ne ubi nullas inter ſuos auditores hæreſes compertas habuerint, de hæreſibus ignotis mentionem faciant.

Sequuntur ipſi articuli.

Imprimis, contra eos, qui adverſus ipſa ſacramenta aut ceremonias, ritus, et obſervantias ab eccleſia receptas in ſacramentorum adminiſtratione obganniunt, et præſertim in ſacrificio Miſſæ, et ſacramentis baptiſmi, confirmationis, extremæ unctionis, [pœnitontiæ], et aliorum.

Contra cenſuras eccleſiaſticas contomnentes.

Contra negantes aliquas animas Sanctorum cum Chriſto jam regnare uſque ad diem judicii, et cum anima et corpore glorificato [poſtea in æternum regnaturas.]

Contra negantes animæ immortalitatem.

Contra negantes retributionem operum in fide et charitate.

Contra negantes purgatorium poſt hanc vitam.

Contra negantes interceſſiones et orationes ſanctorum.

Contra negantes imagines licitas eſſe in eccleſiis Chriſtianorum.

Contra nogantes authoritatem Concilii Generalis in decernendis dogmatibus, et ſanctiones canonicas.

In univerſum, contra adverſantes quibuſlibet determinatis vel determinandis per Concilium Generale ſeu Provinciale.

Contra derogantes jejuniis et feſtis indictis ab eccleſia.

Item ut unuſquiſque Ordinarius intra ſuam diœceſim perquirat, qui apud ſe detinent aliquos libros rithmorum, ſeu cantilenarum vulgarium, ſcandaloſa eccleſiaſticorum et hominum vel conſtitutionum vituperia et probra, ſeu famoſos libellos, aut quamcumque hæreſim in ſe continentia; et ubi comperti fuerint, prohibeantur ſub pœnis Actorum Parlamenti, atque confiſcentur, et comburantur; interdicaturque univerſaliter eorundem uſus, mercatura, impreſſio et lectura ſub ſimilibus pœnis.

Circa Orationem Dominicam *Pater Nofter*, etc.

[226.] Concilium decrevit ex moventibus hoc vulgare quod fequitur hic inferendum.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

De *Pater Nofter* et *Ave Maria* in concionibus.

[227.] In omnium concionum publicarum exordiis fervetur vetus et receptus invocandi modus per Orationem Dominicam, cum Salutatione Angelica ad Virginem Deiparam, pro gratia impetranda; et in earumdem concionum fine oretur pro animabus defunctorum in recepta ecclefiæ confuetudine.

Sequuntur nonnullæ ordinationes penes officium Procuratorum curiarum Confiftorialium, et exercitiam in eorum caufis deducendis.

[228.] Imprimis, prohibet hæc Conventio, ne qui Procuratorum in foro ecclefiæ caufas vel intendendas vel defendendas temere fufcipiant, abfque integra et plenaria informatione veritatis, fi non in primo, faltem in fecundo termino; et fi fuper veritate informationum fidem facere recufaverint, denegetur eis procurandi fuffragium. Habita vero in hunc modum informatione, prudenter explorent, et quilibet eorum exploret merita caufæ, et quo jure tam actio quam defenfio nitatur; quod fi per fe hoc non valeant præftare, a doctioribus exquirant quid juris, et fi comperiant nec canonico nec civili, nec municipali et confuetudinario juri aut ftylo fore confonantem informationem, fuo patrocinio deftituant, quantumvis magna merces propona-

tur: et id ipfum faciant, ubicumque in caufæ deductione de ejufdem injuftitia apparuerit.

De calumniatoribus et infamibus.

[229.] Secundo, ftatutum eft contra manifeftos calumniatores, qui nihil penfi habent, juftane an injufta caufa fuerit, dummodo fpes lucri inde fulferit, quod quicumque de talibus fuerint convicti fcienter iniquam caufam fufcepiffe vel fuftinere, vel qui ad deterrendas partes a juftis actionibus vel defenfionibus proferre præfumant fefe caufas vel lites ad annum, biennium, vel aliud longum tempus protracturos calumniandi animo, tanquam perjuri ac infames imposterum habendi funt, ac ab officio procurandi repellantur; et infuper per Ordinarios locorum ad arbitrium puniantur: et id ipfum de his fentiendum eft, qui cum litigatore de quota litis pacifcuntur, aut pacifcentibus fuam operam pollicentur.

Fruftratorias rationes objiciens punitur.

[230.] Item ftatutum eft, quo meliori fide caufæ tractentur, ut fi quis fruftratorias rationes vel exceptiones exhibuerit, et, eifdem repulfis, vel, [fi] admiffæ fuerint, non probatis, exhibens eafdem feu producens, ultra expenfas litis parti folvendas, taxatione judicis, pro prima vice duos folidos [persolvat]: pro fecunda vice in eadem caufa duplicetur, pro tertia triplicetur; et fic deinceps crefcat pœna, et infuper fufpectus de calumnia habeatur, et pœnis prioris ftatuti fubjaceat. Si tertio in eadem caufa hoc admiferit, et fi quas no[n] relevantes, aut alia quavis legitima ratione non admiffibiles produxerit, antequam ad eorumdem reformationem de ftylo fori admittatur, juret quod fuam omnimodam diligentiam fecit pro iifdem pertinenter ad ipfum terminum fabricandis, nec ex induftria infufficientes propofuiffe ad effectum prorogandi terminum.

Inducere ad jurandum.

[231.] Item ſtatutum eſt, ſi qnis ſive perſuaſionibus partes aut teſtes ad ſophiſtice jurandum induxerit, aut fruſtrationis cauſa ſubterfugere focerit, inſtrumentave corrumpenda procnraverit, aut a prothocollis varianda, quod pœnis ſtatuti de calumniatoribus ſubjaceat.

[Ne urgeantur longæ dclationes falſæque excuſationes, etc.]

[232.] Item ne quis longiores urgeat dilationes, quam cauſæ neceſſitas poſtulet, ne ſuæ diffidiæ aut malitiæ falſas excuſationes protclandi animo lites, ſcripturasve ſemel in judicium productas ſupprimat, ne judiciorum curſus defectu earumdem impediatur, aut cauſas nltra per colluſionem inter ſe dormire patiantur.

De ordine advocatorum in judicio.

[233.] Item ſtatutnm eſt, nt in judicio aut cauſarum diſputationibus omnia modeſte et abſque tumultu fiant et dicantur, et ut quiſqno ſuo loco ſedeat, quoaduſque per ſcribam ejus cauſa fuerit in ſuo turno nominata; et t[nnc] breviter deſiderio termini reſpondeat; et ſic viciſſim alterius partis procurator agat, atqne a vulgari ſermone, quantum fieri poſſit, in judicio abſtineat: reliqui vero auſcultent in ſilentio, ad quos illa cauſa non ſpectat.

Advocati judici honorem deferant.

[234.] Item ſtatutum eſt, ut ſcribæ curiarum in omnibus ſe promptos et paratos ad obſequendum et parendum judicum mandatis præſtent, eiſdemque debita obſeqnia, honorem et obſervantiam deferant, ac juxta ſui officii fines ſeſe contineant, videlicet præter communia nihil, inconſulto judice, nullaque

acta confeſſionis, niſi prius per judicem conſiderata, an levia, an ſecus, an ſymoniaca, an uſuraria, aut alias illicitas pactiones continentia fuerint; et ne ultra taxam veterem a procuratoribus vel partibus exigant, prætextu cujuſcumque conſuetudinis aut corruptelæ hactenus obtentæ. Cujus taxæ veteris tenor infra habetur.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Ut proceſſus per ſcribam ante judicem diligenter obſervetur.

[235.] Item, ut ſcripta conſerventur et proceſſus partes, ſtatutum eſt, ut regiſtra fiant, in quibus omnium proceſſuum omnes partes et ſcripta in judicium producta redigantur; ne pereat ulla pars proceſſus, aut ne alia, quam [quæ] coram judicibus producta primo fuerint, ſupponantur. Principalia vero remaneant apud regiſtrum, et, accepto ſigno [diem] receptionis et nomen recipientis in libro notent, quæ tantum quamprimum ſcribæ reſtituantur: et ſi in præmiſſis culpabiles reperti fuerint ſcribæ, provideant poteſtatem habentes de aliis eorum loco.

Circa reformationem proceſſuum curiarum Conſiſtorialium.

[236.] Imprimis pro abbreviatione proceſſuum, ſtatutum et ordinatum eſt, ut, in omnibus cauſis ſummam viginti librarum non excedentibus, procedatur impoſterum modo qui ſequitur: ut, parte citata [et] minime comparente, in pœnam contumaciæ ejuſdem proponatur petitio rem petitam continens, et ſpecificatio qualitatum ejuſdem ad articulos referatur, et ſtatim ſtatuantur termini ad articulandum et probandum, et citetur pars ad reſpondendum poſitionibus et articulis, nec non ad videndum teſtes, et alia probationum genera recipi, jurari et admitti; qui ſi apparuerint, etiam

in pœnam contumaciæ rei nolentes comparere, ad effectum præmissum admittantur, et examinentur, et statim apud acta fiat publicatio, et statuatur terminus ad dicendum contra producta, nec non ad proponendum omnia jura, parte ad hoc citata, in quo termino parti similiter contumaci statuatur terminus ad pronunciandum.

Si vero pars rea in primo termino comparuerit, qualificetur statim petitio ut inferatur apud acta. Si nolit statim respondere, facta fide corporaliter quod instanter respondere nequit, detur ei triduum ad respondendum, alioquin breviter arbitrio judicis; quo termino, si ad respondendum contumax fuerit quovis modo, procedatur ut supra. Si vero comparuerit, et dilatorias proposuerit, discutiantur similiter, exclusa omnium reservationum [causa], et lite postmodum contestata, statuatur unicus terminus ad probandum, et post probationes deductas si reus petat articulos directe contrarios, jurato primitus solemniter quod sint necessarii pro defensione causæ, statuatur ei brevis terminus ad probandum eosdem una cum oblatis contra personas testium et peremptoriis ac omnibus juribus, quibus uti voluerit in causa procedendum; quibus hinc inde discussis, et probationibus desuper deductis, quam brevissime juxta formam statuti veteris super hoc, statuatur terminus ad pronuntiandum in principali causa, in omnibus tamen hic salvis legibus . . . . . . partium defensionibus, replicatis, duplicatis ex arbitrio boni judicis necessariis, absque tamen calumnia.

Et eodem modo quo supra in omnibus causis summariis procedatur, et breviter, ut in causis infra viginti libras, procedatur æque summarie, salvis infrascriptis atque solitis, et in causis infra decem libras.

In plenariis vero usitata procedendi forma servetur, terminis tamen arbitrio judicis, salvis substantialibus judicii, corripiendis et abbreviandis.

In caufis vero appellationum ftatutum eft, fi ab interlocutorio appellatum fuerit, ut nequaquam devolvantur, nifi caufæ in appellatorio contentæ relevantes apparuerint, juxta juris difpofitionem. Abfolutiones vero nullæ dentur ante devolutionem, five ab interlocutoria five a diffinitiva fuerit appellatum: præterea, fi decretum fuerit per judicem, ad quem bene judicatum et male appellatum, ab interlocutoria remittatur caufa judicii, a quo nec retineatur; et ante omnia cavendum, ne dentur citationes et inhibitiones fuper appellatoriis, nifi vifis apoftolis.

Item infra archidiaconatum Laudoniæ non committatur examinatio teftium ulli notario curiæ Primatis, nifi ipfi Officiali Laudoniæ ejufve Commiffariis primitus per fupplicationem ad hæc faciendum requifitis.

Item fi quis citatus ad refpondendum pofitionibus et articulis comparens, jurare aut refpondere requifitus per judicem, recufaverit; decrevit Conventio, quod et juris communis difpofitioni consonum effe agnofcit, ut pro confitente contenta in articulis habeantur, ne per recufantis malitiam retardetur jus alterius partis.

Item caveant procuratores, et alia membra judiciorum, ne judicem vociferationibus in judicio turbent, ne vel palam vel occulte apud collitigantes blafphemiis aut co[nv]iciis traducant; sed fi læfos fefe quovifmodo comperiant, modefte de remedio juris proteftentur.

Item ftatutum eft, ne quis officio procurandi fefe ingerat, nifi cat[a]logo fuerit defcriptus, atque hi omnes fint jurati ad præmiffa obfervanda, et ad omnimodam reverentiam judici, tam in judicio quam extra, exhibendam; et qui in præmiffis culpabiles fuerint, arbitrio judicis coerceantur, vel a procurandi officio penitus fufpendantur.

[Indictio futuri Concilii Provincialis.]

[237.] Demum hæc Sancta Synodus seu Concilium Provinciale statuit et decrevit proximum futurum Concilium Provinciale hujus provinciæ Scoticanæ habendum et celebrandum fore, sine quacumque prætermissione, aut litteris mittendis vel fulminandis, in loco Fratrum Prædicatorum Edinburgensium, infra oppidum Edinburgi, die Jovis decimo quarto mensis Augusti proxime futuri, salvis tamen impedimentis; alioquin dicto die Jovis decimo quarto mensis Augusti præfati, in civitate Sancti Andreæ seu oppido de Lynlythquo Sancti Andreæ diœcesis; sic et prout rogati et requisiti fuerint Episcopi Ordinarii, Prælati, et alii de clero regni prædicti.

[Concilium Provinciale per Prælatos et clerum regni Scotiæ habitum Edinburgi, die vicefimo fexto menfis Januarii, anno Domini 1551.]

[Approbatio ftatutorum prioris Concilii.]

[238.] Imprimis hoc præfens Concilium, [conftans] hujus regni prælatis, Provinciale Concilium [facientibus], relectis, auditis, et difcuffis diligenter per omnia ftatutis et ordinationibus aliarum Provincialium Conventionum, præfide reverendiffimo Domino Primate totius regni moderno et præfenti, antehac habitarum, eadem in certiffimum totius ecclefiaftici ftatus ac populi Chriftiani commodum vergere, in univerfum ratificanda, approbanda, et obfervanda, una cum nonnullis in hac Synodo additis et adjectis, quæ in fpecie fequuntur communi omnium et publico decreto conc[lu]fa, prout eadem præfenti tenore approbat, acceptat, et ratificat.

Executio decretorum prioris Concilii.

[239.] Vero quia propter temporis difficultatem et multiplicia impedimenta quædam eorumdem ftatutorum prius editorum, quibus executioni demandandis certa in ipfis erant tempora præfixa, nullum tamen adhuc effectum funt fortita; idcirco expreffo jam omnium confenfu, abfque ulla ulteriori dilatione, deinceps eadem, quemadmodum antea falubriter fancita erant, ita et nunc diligenter executioni demandanda decrevit, ad tempora inferius limitata, prout unufquifque Ordinariorum refpondere voluerit pro fuo officio in diftricto Dei judicio.

De prædicatione verbi Dei.

[240.] Et ſpecialiter cum ceteris omnibus ſupraſcriptis approbat præſens Conventio ſtatutum illud prius editum, de Divini verbi prædicationibus per rectores et [Epiſcopos] quater ſingulis annis fiendis, cum mulctis et pœnis in deficientes ſeu contravenientes eidem utrobique adductis; atque ejuſdem executionem per ſingulos Ordinarios fieri mandat infra hinc et proximas cujuſque diœceſis synodos, et quod in contravenientes ſuaſve partes in dicto ſtatuto injunctas [abſque mora monitiones] ſimplices dentur pro ipsarum mulctarum ſolutione, juxta ſtatuti tenorem per ipſos Ordinarios, aut eorumdem Commiſſarios, in religioſorum et pauperum uſus applicandarum.

De Theologo et Canoniſta.

[241.] Approbat quoque ſimiliter ſtatuta iſta de Theologis et Canoniſtis apud ſingulas eccleſias cathedrales, necnon pro Theologis in ſingulis monaſteriis inſtituendis, et honorifice ſuſtentandis, juxta continentiam ejuſdem. Placet univerſo Concilio, [ut] ſtatuta eadem ſententia debitam executionem ſortiantur, infra hinc et feſtum Divi Michaelis proximum, et quod contra negligentes ſeveriter procedatur; atque eodem modo ut ſtatutum illud de religioſis ad Univerſitates ſtudiorum gratia mittendis, et ibi juxta monasterii facultates honeſte ſuſtentandis, ſuam executionem cum omni rigore, infra hinc et feſtum Pentecoſtes proximum, ſortiatur.

De examinatione curatorum et vicariorum.

[242.] Ad hæc univerſæ Synodo viſum eſt utile et neceſſarium, ne diutius per minus ſufficientes ſeu [in]idoneos curatos animarum cura defraudetur, ut ſtatutum illud de curatorum et vicariorum penſionariorum examinationibus, diligenti indagatione et executione habeatur infra hinc et proximas

cujufque diœcefis fynodos ; et ibidem circa ftatutum de monafteriorum examinationibus et clericorum parochialium.

De computo et ratiocinio teftamentorum.

[243.] Approbat fimiliter præfens Conventio conftitutionem illam de teftamentorum confirmationibus prius promulgat[am], hoc addito, ut impofterum nullæ omnino confirmationes ad intus et extra dentur, fed fingula confirmanda in fpecie exprimantur et contineantur in bonorum inventariis, non autem fub aliqua fumma generali et extra, fub pœna amiffionis cotæ levandæ piis ufibus applicandæ.

Item mandat ut reverendiffimi et reverendorum dominorum Ordinariorum Decani regiftra teftamentorum tam majorum quam minorum habentes, eadem bis fingulis annis ipfis Officialibus feu Commiffariis generalibus patefaciant, ut Procuratoribus Fifcalibus pro computis et ratiociniis eorumdem teftamentorum mandatum dent, ut ipfa computa expedienda quam primum juris ordine curent, qui et ipfi Procuratores fuper debito fui officii refpondere voluerint, alioquin de negligentia puniendi et officio deftituendi, ne tam proles defunctorum fuis portionibus bonorum, quam creditores et legatarii fraudentur.

Simili quoque modo ftatutum illud de teftamentis Orcadenfis diœcefis ad formam et morem ceterarum hujufmodi regni diœcefium ordinandis, approbat, et ad teftamenta diœcefis [Sodorenfis] et Infularum omnino extendendum decrevit ; cum ubi pia dignofcitur effe ratio, eadem quoque debet effe juris difpofitio.

De caufis matrimonialibus.

[244.] Porro quia contingit caufas matrimoniales nimis leviter in judicio tranf-

mitti, cum tamen ſint ſua natura valde graves et arduæ, ac Epiſcopis ipſis de jure reſerv[en]tur; ſtatuit hæc Sancta Prælatorum Conventio, ut nullæ deinceps ſententiæ in cauſis matrimonialibus ad divortium tendentibus per Officiales ſeu Commiſſarios cujuſcumque diœceſis hujus regni pronuntientur, niſi proceſſus hujuſmodi et cauſarum merita per ipſos Ordinarios diſcuſſa et legitime perpenſa fuerint; quo facto, ex ſpeciali ipſorum Ordinariorum mandato et conſilio, quod ſacris canonibus conſonum fuerit decernatur; utque teſtes ipſi in ejuſmodi cauſis prudenter et circumſpecte ſuper facti circumſtantiis ad teſtium fidem tentandam et explorandam neceſſariis et opportunis examinentur et diligenter interrogentur; quodque ſuppoſitiones pro teſtium examinationibus infra alienas diœceſes, præciſe ipſis locorum Ordinariis, Officialibus ſeu Commiſſariis [generalibus] cujuſcumque diœceſis, et nullis deputatis aut ſubſtitutis, delegabuntur: teſtibus vero ſecus examinatis nulla fides adhibeatur.

Quod parochiani ſingulis Dominicis et feſtivis interſint Miſſæ.

[245.] Item præſens Conventio animadvertens Divinorum m[y]ſteriorum contemptum maximum aliquot hiſce proximis annis inter regni ſubditos invaluiſſe, ſic ut pauci admodum ex populoſiſſimis parochiis Sacroſanctæ Miſſæ ſacrificio diebus Dominicis et aliis feſtivis duplicibus ab eccleſia indictis, aut Divini verbi prædicationibus adeſſe dignentur; ideo ſtatuit et ordinat, ut omnes et ſinguli a ſuis parochialibus Miſſis diebus præſcriptis vel prædicationibus verbi Divini in ſuis eccleſiis parochialibus ſeſe ultro abſentantes diligenter notentur per curatos, qui eoſdem Decanis ipſis ſuis et viſitatoribus majorum exceſſuum deferant, pœnis publicatis juxta perſonarum qualitates et delicti hujuſmodi frequentationem et hujuſmodi deficient[ia]m diſtricte puniendos; et ſimiliter, qui rem ſacram minus reverenter aut indevote audire conſueverint, quique jocantur aut ſcurriliter ſeſe gerunt in eccleſiis temporibus ſermonum, aut qui in portis eccleſiarum ſeu cœmiteriis ludibria interim exercere aut aliis profanis negotiationibus

vacare præſumpſerint, non ſolum cenſura eccleſiaſtica feriantur, ſed etiam aliis pœnis arbitrio Ordinariorum infligendis ſubjaceant. Et quod hujuſmodi abuſuum occaſiones citius tollantur, ſtatuit hæc præſens Conventio, ut prohibeantur per vicarios et curatos omnes mercaturæ in portis eccleſiarum, et in cœmiteriis, Divinorum tempore diebus Dominicis et feſtivis, et quod nulla venalia durante Sacro exponantur ſeu aperiantur prope limites eccleſiarum, ſed quod ſinguli tunc temporis vel ſacris orationibus et precibus vel verbi Divini prædicationibus diligenter attendant, et hoc ſub pœna excommunicationis et ducentum ſolidorum ſingulis vicibus quibus præſentibus fuerit contraventum.

De viſitatione Hoſpitalium.

[246.] Inſuper præſens Conventio pietate erga pauperes Chriſti mota, ad quorum ſupportationem Hoſpitalia ab initio erant inſtituta, ſtatutum illud ſaluberrimum ſu[per] viſitationibus Hoſpitalium in ſingulis hujus regni diœceſibus, infra hinc et feſtum Divi Michaelis proximum executioni demandari vult; et ut Decani in ſuis viſitationibus de ſtatu omnium Hoſpitalium juxta tenorem illius ſtatuti referant et debito tempore Officialibus ſeu Commiſſariis generalibus, ad effectum ut ipſi defectus hujuſmodi corrigant, et opportuna remedia deſuper proſpiciant.

Additio ad vetus ſtatutum de excommunicatis vitandis.

[247.] Item quod excommunicatio omnium eccleſiaſticarum [pœnarum] graviſſima paſſim, præ hominum corruptis et diſſolutis moribus, prope viluit, ut eidem tamen ſua auctoritas, reverentia et vigor juxta ſacrorum ſanctiones canonum reſtituatur, quantum hæc tempora ferunt; ſtatuit hæc præſens Conventio, ut nomina excommunicatorum per ſingulos curatos ſuarum parochiarum, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis aut præeminentæ fuerint, in

ſuis libris ſcribantur, ac ſingulis Dominicis diebus publicentur, omni timore et favore excluſis.

Nomina excommunicatorum publicentur.

[248.] Item ut inſordeſcentes ad viginti dies juxta iſtud ſtatutum Provinciale, niſi ſub juſta appellatione fuerint, velut abominabiles in cancellis eccleſiarum parochialium et in aliis publicis locis per curatos affigantur, et ibidem fixa [remaneant eorum nomina], donec abſolutionis beneficium obtinuerint. Habita vero abſolutione, nomina eorum de libris deleantur, et in margine ſcribatur: *Talis abſolutus.*

Inſordeſcentes affigantur in cancellis aut valvis eccleſiæ.

[249.] Insuper ut ipſi curati, antequam exordiantur rem Divinam, moneant publice et generaliter omnes perſonas excommunicatas, ut quamprimum ſeſe a Divinis rebus amoveant; certificando expreſſe, quod quicumque ſcienter poſt illam admonitionem ſeu requiſitionem ſeſe Divinis ingeſſerit, tunc temporis excommunicatus exiſtens, ſive perſonaliter ſive in ſua eccleſia fuerit parochiali publice et ſolemniter denunciatus, ſententiam juris incurret, a qua non poterit abſolvi niſi per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam, et inſuper pœnis Actorum Parliamenti ſubjacebit. Et ſi eccleſiaſtica perſona aut beneficiata fuerit, et hujuſmodi admonitionem contempſerit, aut quamdiu ſub excommunicatione ejuſmodi inſorduerit, quod pro rata temporis ſuæ inſordeſcentiæ fructibus ſui beneficii privabitur, in pauperes ſuæ parochiæ per Ordinarios aut eorumdem Commiſſarios erogandis: ſi vero non fuerit beneficiatus, tamdiu incarceretur pane et aqua, quamdiu ſub ejuſmodi cenſura inſorduerit, vel aliter arbitrio Ordinarii puniatur.

De glebis ecclesiæ non alienandis.

[250.] Præterea quod res et bona ecclesiarum et certæ decimæ reditus et proventus jam passim sub prætextu evidentis utilitatis ecclesiarum, ad ipsorum possessorum cupiditatem dumtaxat explendam, aut consanguineorum aut amicorum opes, facultates et possessiones augendas et ampliandas, carnali affectione ad longum tempus locantur, alienantur, dilapidantur et profligantur, tam in ipsarum ecclesiarum irreparabile dispendium et damnum, quam etiam in ipsorum successorum summam inopiam et penuriam, ut vix ex reliquis fructibus onera ecclesiæ et necessarias expensas juxta personæ suæ facultatem sufferre possit et valeat: quocirca hujusmodi parum providis ecclesiasticarum personarum administrationibus occurrere volens, præsens Conventio inhibet expresse, ne imposterum mansiones croftæ proximæ vicariis ipsis residentibus deputat[æ] ecclesiis contigue jacentes per rectores vel vicarios in emphiteosim ullo tempore futuro dentur, aut ad longum tempus assedentur: constitutiones veteres Provincialium Conciliorum hujus regni desuper olim prudenter sancitas in usum revocandas, hoc ipsum temporum necessitate exigente, decrevit, easdem approbat in omnibus et ratificat, ac in perpetuum valitura constitutione firmum eisdem robur addit.

De clandestinis matrimoniis, et bannis, et registris curatorum.

[251.] Eodem quoque modo approbat et ratificat præsens Conventio vetera illa statuta Provincialia super clandestinis matrimoniis, et bannorum debitis proclamationibus, tenoresque eorumdem præsentibus inseri mandat; eisdemque addendo quod quia experimentis quotidianis compertum est e[t] nativitat[is] et matrimoniorum clandestinorum questibus et controversiis, quamvis etiam legitime natis, in summum paternæ seu avitæ hæreditatis ac fortunarum omnium discrimen adduci, et hoc potissimum defectu legiti-

morum documentorum ſuper natalibus et nativitatis temporibus, ſuperque b[an]norum proclamationibus; ſtatutum igitur eſt, ut ſinguli curati deinceps habeant regiſtrum, in quo nomina infantium baptiſatorum inſcribantur, una cum nominibus perſonarum quæ talium baptiſatorum parentes communiter habentur et reputantur, nec non compatr[u]m et commatr[u]m, cum die, anno, menſe, adſcriptis etiam duobus teſtibus, notent; quod etiam ipſum in bannorum proclamationibus ſervetur, quas præſens Conventio in eccleſiis parochialibus tam viri quam mulieris reſpective, ſi div[er]ſarum fuerint parochiarum, fieri mandat: quæ quidem regiſtra inter pretioſiſſima eccleſiæ jocalia conſervari vult et præcipit; quodque Decani in ſuis viſitationibus deſuper diligentem indaginem faciant, et deficientes ad Commiſſarios referant, ut graviter in eoſdem animadvertatur.

De pœna miniſtri in clandeſtino matrimonio.

[252.] Præterea ſtatuto de pœnis tam partium contrahentium quam miniſtrorum in matrimoniis clandeſtinis addit, et id aliqua ex parte reformat, ſtatuitque ut preſbyteri ſuam ad eadem clandeſtina matrimonia contrahenda operam ſeu miniſterium accommodantes incarcerentur per annum in pane et potu, nec non ab executione ordinum ad triennium ſuſpendantur; parteſque ipſæ contrahentes publicas agant pœnitentias, arbitrio Ordinariorum juxta ſtatum et qualitatem earumdem perſonarum moderandas et imponendas: hortaturque, ne Ordinarii ſint in hac parte quacumque occaſione nimis remiſſi, ut plurima inconvenientia, quæ hinc proveniunt, ſaltem metu pœnæ evitentur.

Circa editionem et publicationem Catechiſmi in gratiam virorum eccleſiaſticorum curas animarum gerentium.

[253.] Item præſens hæc Conventio ſemper ob oculos habens, quam diligenter eccleſiæ paſtoribus a paſtorum omnium principe Chriſto Ieſu ſit prædi-

candi verbi Dei officium commendatum, ut faltem in primis fidei Catholicæ rudimentis probe inftituantur greges ipfi fuæ curæ concrediti; atque interim fecum reputans quot horrendæ hærefes aliquot hifce annis in variis et diverfis hujufce regni partibus fint graffatæ, jam vero Dei Optimi Maximique providentia, fingularique favore Principum ac Prælatorum vigilantia ftudioque erga fidem Catholicam tandem repreffæ, ac fere fopitæ videantur; confideranfque infuper ecclefiafticos hujus regni inferiores et Prælatos pro majori parte nondum eo eruditionis in Sacris literis effe provectos, ut populum recte in fide Catholica, aliisque ad falutem neceffariis inftruere, aut errantes convertere fuo ftudio valeant: ad igitur juvandos eorum pios conatus, induftriamque promovendam, utque eadem vera, Catholica et Apoftolica fides, feclufis univerfis erroribus, integra et inviolabilis confervetur; ftatuit et ordinat librum quemdam vulgari et Scotico idyomate confcriptum, ac prudentiffimorum totius regni Prælatorum doctiffimorumque Theologorum et aliorum ecclefiafticorum virorum præfenti Conventioni intereffentium judiciis et calculis exactiffima difcuffione habita approbatum, in rectorum, vicariorum, et curatorum manus, tam pro fua quam populi Chriftiani, cujus curam gerunt, inftructione tradendum: quem Catechifmum, id eft, communem et facilem rudimentorum fidei inftitutionem et doctrinam vocari vult, ipfiufque reverendiffimi Domini Joannis Sancti Andreæ Archiepifcopi ac totius regni Scotiæ Primatis, in præfenti Concilio præfidis, ipfiufque Provincialis hujufce Synodi nomine imprimendum, inque lucem edendum, ac in multa exemplaria tranffumendum, continentem veram finceramque, juxta Catholicæ ecclefiæ fenfum ac intellectum Decalogi, feu decem mandatorum Dei interpretationem, articulorum fidei, feptemque facramentorum fimplicem, puram et Chriftianam doctrinam, nec non Orationis Dominicæ et Salutationis Angelicæ integram et falutarem expofitionem; quorum ignorantia, ut ait Bernardus, in *Declamationibus*, excufare non poterit hominem, *qui fe magiftrum infantium, doctorem infipientium profitetur,* quippe ipfe *ignorans* [*utique*] *ignorabitur, immo* [*et*] *multos ignorare faciet et ignorari.* *Qu*[*id*] *enim*

periculi sit, [ubi] non invenit pastor pascua, [ignorat] dux itineris viam, vicarius nescit Domini voluntatem, ecclesia quotidie multipliciter et miserabiliter experitur. Hæc Divus Bernardus.

Cujus quidem libri exemplaria omnia, ubi excusa fuerint, præsentari ipsi reverendissimo mandat et ordinat præsens Concilium, ut ipse singulis tam suis ecclesiasticis quam aliis singulis locorum Ordinariis, quot cuique diœcesi pro rectorum, vicariorum ac curatorum numero et multitudine sufficere videntur, eis tribuat; reliqua vero apud ipsum reverendissimum remaneant et firma custodia serventur, prout tempus et necessitas expostulaverint, dispertienda.

Caveant vero ipsi rectores, vicarii et curati, ne sua exemplaria secularibus quibusque indiscrete communicent, nisi ex judicio, consilio et discretione sui Ordinarii; quibus Ordinariis licebit nonnullis probis, gravibus, bonæ fidei, ac discretis viris laicis ejusdem Catechismi exemplaria communicari, et iis potissimum qui videbuntur potius suæ instructionis causa quam curiositatis cujuscumque eadem expetere.

Cujusquidem Catechismi singula capita et partes singulas, ab ipsa præfatione seu exordio libri incipiendo ad finem usque, absque interruptione seu locorum quorumcumque omissione, continuando, rectores per se vel ipsi vicarii aut curati, qui curam administrant, omnibus Dominicis et festivis diebus, quando ad Divina audienda populus convenire solet et tenetur, alta et intelligibili voce, distincte, clare, articulate et punctuatim, omnibus silentio interdicto, quanta poterit maxima gravitate, in suggesto, superpellicio ac stola induti, ante Summam Miss[am], ad dimidiæ horæ spatium, legere ac de libro ipso recitare integre et absque ulla hæsitatione, nihil addito, mutato, suppresso, vel omisso, sed prout verba jacent, sic ut populus lecta et recitata modo quo supra audire cum fructu, ac ædificationem inde concipere, et suæ salutis intelligentiam haurire valeat.

Quod ipſum quo melius, facilius et cum majori populi reverentia et utilitate præſtare poſſint ipſi quibus hoc mun[u]s præſenti conſtitutione injungitur, caveant ipſi rectores, vicarii vel curati ne minus præmeditate in pulpitum conſcendant, ſed toto ſtudio et intentione ad lectionem peragendam crebra, frequenti ac diuturna futuræ lectionis repetitione ſeſe præparent, ne ſe auditorum ludibrio exponant, ubi imparati in medio lectionis curſu hæſitaverint aut impegerint, et propter hoc maledictioni Divinæ ſe reddant obnoxios, quum, ut inquit Scriptura: *Maledictus omnis qui facit opus Dei negligenter:* et ſimiliter, ne languide et oſcitanter, ſed cum quanto poſſint maximo ſpiritus ardore, voce, vultu et geſtu ad pronuntiationem concurrentibus, ut quæ leguntur animis auditorum vivæ vocis impreſſione, prout cuique gratiam dederit Dominus, inſigantur: hoc tamen proviſo, ut non liceat cuique auditorum ſuper lectis, aut modo quo ſupra recitatis, controverſiam ipſi rectori vicarioque ſeu curato movere ; et ſi aliquis id attemptare præſumpſerit, deferatur inquiſitoribus hæreticæ pravitatis. Nec viciſſim licebit ulli rectori, vicario ſeu curato, niſi ad hoc ipſum, ſpecialiter habita conſideratione totius qualificationis, fuerit ab Ordinario loci ei facultas conceſſa in ſcriptis, ullis quæſtiones et controverſias hujuſmodi moventibus deſuper reſpondere aut diſputationes ingredi, ſed mox reſpondeatur ſe hujuſmodi dubitationis reſolutiones ad ipſos Ordinarios remittere ; et hoc ſub pœna privationis ab hujuſmodi officio ſeu beneficio.

De mulcta in negligentes lectionem Catechiſmi.

[254.] Quod ſi [quis] rector, vicarius ſeu curatus in aliquo præſentis ſtatuti puncto negligens aut culpabilis fuerit deprehenſus, pro prima vice mulctetur viginti ſolidis, irremiſſibiliter ab eo exigendis et levandis ; pro ſecunda, triginta ſolidis ; pro tertia, duplicetur mulcta, et cum hoc incarceretur in pane et potu dumtaxat ad menſem, et ulterius ad arbitrium Ordinarii. Nihilominus ubi contingit conciones verbi Dei per Religioſos vel alios ordinarios prædicatores vice rectorum juxta tenorem priorum ſtatutorum interim fieri, quod

talibus diebus Catechifmi lectio intermittatur impune. Et fuper fingulis punctis et partibus præfentis ftatuti fiant diligentes inquifitiones per Decanos in fuis vifitationibus, et defuper delationes fiant fideles abfque omni favore vel odio Commiffariis majorum exceffuum.

Finis

omnium ftatutorum Concilii Provincialis in omnibus fuis feffionibus facti per reverendiffimum dominum Joannem Archiepifcopum Sancti Andreæ, et reliquos regni Scotiæ Epifcopos, Prælatos et Abbates, ac totius ecclefiæ Scoticanæ clerum, in annis Domini millefimo quingentefimo quadragefimo nono, et quinquagefimo primo, refpective.

[Concilium Provinciale cleri totius regni Scotiæ cœptum Edinburgi primo die menfis Martii anno Domini 1558, et finitum ibidem decimo die menfis Aprilis anno Domini 1559.]

Exemplar litterarum reverendiffimi in Chrifto patris Domini Joannis Archiepifcopi Sancti Andreæ, Primatis totius regni Scotiæ, reverendiffimo patri Domino Jacobo Archiepifcopo Glafguenfi, pro convocando Concilio Nationali ecclefiæ Scoticanæ.

[255.] Joannes, miferatione Divina Sancti Andreæ Archiepifcopus, totius regni Scotiæ Primas, Apoftolicæ Sedis Legatus natus, ac per univerfum regnum prædictum ejufdem Sedis de latere Legatus, reverendiffimo in Chrifto patri ac fratri noftro Domino Jacobo Dei et Apoftolicæ Sedis gratia Archiepifcopo Glafguenfi, felix fufceptæ curæ moderamen et mutuam in Domino caritatem pro falute. Inter graves folicitudines et multiplices animi curas, quibus pro paftoralis officii ac metropoli[ti]cæ et pr[imat]ialis [auctoritatis] noftræ debito premimur, verum etiam ex injuncto nobis Apoftolicæ legationis munere, quo (licet immeriti) ex Apoftolicæ Sedis clementia in hoc regno fungimur, ea peculiaris et præcipua eft, ut defenfioni et indemnitati ac animarum faluti, non folum diœcefanorum noftrorum nobis immediate fubjectorum, fed et aliorum nobis tam jure metropolitico et regni primatiali quam etiam jure legationis Apoftolicæ de latere nobis commiffæ fubditorum, quorum auctor æternus de fua benignitate et clementia, et Apoftolicæ Sedis providentia, curam, fuperioritatem, dominium, vifitationem, correctionem, jurifdictionem, reforma-

tionem, poteftatem, et præemiuentiam habere voluit, femper et affidue invigilemus ac remediis et curis omnibus ita provideamus ne Sancta Catholica Scoticana ecclefia, illiusve Prælati, miuiftri, et fubditi etiam cujufvis exemptionis titulo qualitercumque infigniti, hoc tempore procellofo, Lutheranis, Calvinianis, et aliis quamplurimis nefandis hærefibus undique infra regnum iftud pullulantibus, per hæreticos et hærefiarchas, ac hæreticæ pravitatis Lutheranarum et Calvinianarum ct nefandarum aliarum hærefium in hoc rogno fautores, auctores, affiftentes, et infectatores indies et continuo omni oorum cura, ftudio et diligentia libertatem ipfam ecclefiafticam, illiufqne ftatum, ac jura et privilegia ipfius Sanctæ Scoticanæ ecclefiæ fimpliciter et in totum ærumnare, tollere et fubvertere nitentes, in fpiritualibus aut temporalibus, damnum aliquo modo feu detrimentum aliquod patiatur feu pati valeat, fed in unitate fidei Chriftianæ, [ftatu, libertate] et privilegiis fuis priftinis, fublatis quibufv[is] erroribus et obftaculis in contrarium agentibus, femper et fecure ac pacifice, ut decet, remaneat. Et ut hæc eo citius, facilius et melius et felicius fuccedant, qno Paternitas veftra reverendiffima et alii hujus regni Prælati, ac cleri famofior pars, in unum nobifcum congregati, prout ex fanctorum patrum decretis ct ordinationibus, tam pie tamque falubriter editis, per fiugulas provincias Epifcoporum Concilia Generalia, tum ad Dominici agri præcipue culturam quæ vepres, fpiuas et tribulos hærefium, erroruin et fchifmatum extirpat, mores et exceffus corrigit, dcformata reformat, et vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit, tum ad querclarum et controverfiarum quæ inter diverfos ecclefiæ ordines nafci affolent, diffolutionem, quorum neglectus præmiffa diffeminat atque fovet, quotannis, fæpiusque et frequenter celebrari ufum eft, quæ fieri mandantur, veftra et eorum opera, cura, confilio, unanimique concurfu, pro libertatis ecclefiæ hujufce regui defenfioue et manutentione, perfonaliter compareant, pro Conventione ct Synodo Provinciali Generali inter nos, Paternitatem veftram ct eos ad præmifforum effectum habenda, ad laudem, gloriam et honorem Sanctiffimæ et Indivi-

duæ Trinitatis, Patris videlicet Filii et Spiritus Sancti, Beatæque Intemeratæ Virginis Mariæ, Dei Domini nostri Iesu Christi genetricis, et Omnium cœlestis curiæ Sanctorum, ac ad hujus universalis Scoticanæ ecclesiæ immensum et inæstimabile bonum, auctoritate nostra metropoli[ti]ca et regni pr[imat]iali (cum de jure Concilium ipsum Provinciale Generale et in hoc regno indicere et convocare spectat et incumbit nobis, ut præmittitur) ac etiam instigante pia et benigna requisitione illustrissimæ [et Supremæ Dominæ nostræ] Reginæ Regentis ad effectum præmissorum, videntis quam maximos nefarios tumultus in populo decedente et prorsus aberrante a vera fide, idem Concilium Provinciale Generale, die primo mensis Martii proxime futuri, intra locum Fratrum Dominicanorum Edinburgi celebrandum, tenendum et inchoandum, cum continuatione et prorogatione dierum subsequentium, usque ad ejusdem conclusionem et dissolutionem, in quo (disponente Altissimo) præsidebimus, indicimus, convocamus, denuntiamus, statuimusque et præfigimus. Quare vestram reverendissimam Paternitatem in Domino obnixe requirimus et hortamur, quatenus una nobiscum et aliis reverendis patribus et fratribus nostris Dominis hujus regni Episcopis et Prælatis ac clero, eadem vestra Paternitas reverendissima compareat personaliter dictis die et loco, cum continuatione dierum subsequentium usque ad finalem conclusionem dicti Concilii Provincialis Generalis, hora octava de mane, ad pertractandum, communicandum, consulendum, determinandum et definiendum ea quæ pro libertatis ecclesiasticæ totius Scoticanæ ecclesiæ, et ejusdem privilegiorum et immunitatum conservatione, manutentione et defensione pertractanda, communicanda, consulenda, determinanda et definienda fuerint. Insuper citari, requiri et moneri vestra ordinaria auctoritate curetis reverendos ac venerabiles patres Dominos Episcopos vestros suffraganeos, ac Abbates, Priores, Commendatarios, Decanos, Præpositos et alios viros ecclesiasticos circumspectos, vestros subditos, et ex famosioribus, consultioribus et prudentioribus de capitulis et clero vestrarum ecclesiæ, civitatis, diœcesis et provinciæ Glasguensis, etiam Religiosos, cujusvis ordinis fuerint, et ut

præmittitur, qualitercunque exemptos, prout Paternitati veſtræ reverendiſſimæ viſum fuerit expedire, ad vobiſcum dictis diebus et loco ad effectum præmiſſorum comparendum, ibidemque nobiſcum unacum Paternitate veſtra reverendiſſima, et aliis regni Prælatis et clero, uſque ad diſſolutionem, terminationem, concluſionem vel continuationem dicti Concilii Provincialis Generalis incluſive permanſuros, obnixe, ut præmittitur, requirimus et hortamur in Domino. Præterea, ex pia requiſitione et benigna illuſtriſſimæ et Supremæ Dominæ noſtræ Reginæ Regentis, proceſſiones publicas, uti moris eſt, omnibus diebus Dominicis, quartis et ſextis feriis, infra veſtram diœceſim, in omnibus collegiatis et parochialibus eccleſiis et aliis quibuſcunque, per vicarios, curatos et capellanos, [cauſa] orandi Deum pro felici ſucceſſu [hujuſmodi] noſtri Concilii Generalis Provincialis, ac pace et tranquillitate Reipublicæ hujus regni, et ſublatione errorum et hæreſium, fieri procuretis et demandetis. Datum Edinburgi, ſub noſtra ſubſcriptione manuali et ſigneto noſtro, ultimo die menſis Januarii, milleſimo qninquageſimo octavo, et conſecrationis noſtræ anno decimo tertio, et tranſlationis noſtræ ad regni primatialem ſedem anno decimo.

Veſtræ reverendiſſimæ Paternitatis
humillimus confrater,
JOANNES, archiepiſcopus Sancti Andreæ.

Reverendiſſimo in Chriſto patri Domino Jacobo Dei gratia Archiepiſcopo Glaſguenſi confratri noſtro chariſſimo.

Mandatum Jacobi Archiepiſcopi Glaſguenſis pro convocatione Abbatum, Priorum, etc., ſuæ diœceſis ad dictum Concilium Provinciale jam inceptum.

[256.] Jacobus, miſeratione Divina Archiepiſcopus Glaſguenſis, Decano noſtro Chriſtianitatis de Lanrick, ſeu cuicunque alteri capellano curato vel non curato infra civitatem diœceſim et provinciam noſtram Glaſguenſem

conftituto, et fuper executione præfentium debite requifito, falutem cum benedictione Divina. Vobis et veftrum cuilibet in virtute fanctæ obedientiæ et fub pœna fufpenfionis a Divinis ftricte præcipiendo mandamus, quatenus moneatis legitime omnes et fingulos Abbates, Priores, Commendatarios, Ufufructuarios, Miniftros, Præceptores, Præpofitos, et infigniores ac probiores ecclefiarum parochialium rectores et vicarios perpetuos, per veftrum decanatum conftitutos, et præfertim Magiftrum Robertum de Bailye rectorem de Lamington, Magiftrum Nycholaum Craford rectorem de Hartfyde, Thomam Levinfton rectorem de Cultre, Magiftrum Johannem Stenfone rectorem de Thankerton, Magiftrum Thomam Somervell rectorem de Quonquhom, et Dominum Thomam Wedy rectorem de Liberton, quod compareant perfonaliter coram nobis et reliquis hujus Synodi dominis Ordinariis, Prælatis, et de clero, in loco Fratrum Dominicanorum Edinburgenfi die fexto menfis Aprilis proxime futuri, ad ea omnia et fingula quæ ad eos attinent tractanda, agenda, decernenda, et concludenda, affiftendum et confentiendum, et genera[liter] omnia alia faciendum quæ in præmiffis et circa ea neceffaria fuerint feu quomodolibet opportuna, fub pœna excommunicationis majoris fententiæ latæ in his fcriptis: et præfentes debite executas earundem latori reddatis. Datum fub noftro figneto apud Edinburgum die decimo octavo menfis Martii, anno Domini millefimo quingentefimo octavo, et noftræ confecrationis anno feptimo.

Per dictum reverendiffimum dominum Archiepifcopum Glafguenfem,

WILLELMUS FOGO, fecretarius de mandato.

[*Sequuntur fubfcriptiones prædictorum Decani, rectorum, etc., quibus teftantur fe mandatum Archiepifcopi præfcriptum debite infinuaffe et executioni mandaffe.*]

Mandatum Malcolmi, Vicarii Generalis ecclefiæ Candidæ Cafæ, infra provinciam Glafguenfem, quo convocat Abbates, Priores, etc. ejufdem diœcefis Candidæ Cafæ ad dictum Concilium Provinciale jam inchoatum.

[257.] Malcolmus, permiffione Divina Commendatarius perpetuus ecclefiæ cathedralis Candidæ Cafæ, et fedis Epifcopalis ejufdem jam vacantis Vicarius Generalis, venerabili viro Domino Michaeli Hawthorn noftro Commiffario et Decano de Farnes et Rennis, feu cuicunque alteri capellano curato vel non curato, infra noftram jurifdictionem Divina celebranti, et fuper executione præfentium debite requifito, falutem. Quia reverendus in Chrifto pater et dominus Jacobus miferatione Divina Archiepifcopus Glafguenfis, literas fuas monitoriales ad univerfos et fingulos Ordinarios fuos fuffraganeos ad comparendum coram reverendiffimo in Chrifto patre et domino, Domino Johanne eadem miferatione Divina Sancti Andreæ Archiepifcopo, totius regni Scotiæ Primate, Legato nato, et a Pafleto Abbate, in cœnobio Fratrum Prædic[a]torum Edinburgenfi, die fexto menfis Aprilis proximo futuri, ad omnia et fingula quæ ad eos attinent tractanda, agenda, definienda, et concludenda, in hoc inftanti Concilio Provinciali jam inchoato et quotidie conveniente et fedente in dicto cœnobio, fub pœna excommunicationis, emifit: Vobis igitur et veftrum cuilibet præcipimus et mandamus, quatenus moneatis legitime primo, fecundo, tertio, et peremptorie omnes et fingulos Abbates, Priores, Commendatarios, Ufufructuarios, Miniftros, Præceptores, Præpofitos, et probiores viros beneficiatos præfatæ noftræ diœcefis Candidæ Cafæ, et præcipue venerabiles in Chrifto patres Jacobum permiffione Divina Vallifiucis Abbatem, Johannem eadem permiffione Commendatarium Sedis Animarum, venerabiles viros Magiftrum Patricium Vaus rectorem de Wigton, Dominos Georgium Clapperton et Davidem Paterfon rectores de Kirkkynre, Magiftrum Wilelmum Blayr Archidiaconum Candidæ Cafæ, necnon Dominum Andream Arnot dicti Archi-

diaconatus Ufufructuarium, ad comparendum perfonaliter in prædicto Concilio Provinciali in prædicto cœnobio Fratrum Prædicatorum Edinburgenfi, præfato die fexto Aprilis proxime et immediate fequentis, ad fedendum in eodem Concilio, affiftendum, confulendum, tractandum et approbandum ea quæ ad honorem Divinum, Catholicæ fidei exaltationem, et reipublicæ ecclefiæque utilitatem tractanda, agenda, et concludenda fuerint; et generaliter omnia alia et fingula, quæ ad partes fuas in præmiffis attinent, faciendum, decernendum, gerendum, et exercendum hac vice, fub pœna excommunicationis quam contrarium facientes incurrere volumus ipfo facto: et præfentes debite executæ reddantur latori. Datum ex Irvyne fub noftris figneto et fubfcriptione manuali, 24. Martii anno Domini M.D.LVIII.

MALCOLMUS, Candidæ Cafæ vicarius generalis.

[Articles proponit to the Quene Regent of Scotland be fum temporall Lordis and Barronis, and fent be hir Grace to the haill Prelatis and principallis of the clargie convenit in thair Provincial Counfall in Edinburgh.]

[258.] In the firft, rememberand that our Sovirane Lord of gud memorie that laft deceft, in his lait Actis of Parliament for the common wele of this realme, thocht neceffair to mak ane publict exhortatioun unto my Lordis the Prelatis and reft of the Spirituale Eftate for reforming of ther lyvis and for avoyding of the opin fclander that is gevin to the haill Eftates throucht the faid Spirituale mens ungodly and diffolut lyves: And ficlyk remembring in diverfs of the lait Provinciale Counfales haldin within this realm, that poynt has bene treittet of, and findrie ftatutis Synodale maid therupon, of the quhilkis neverthelefs thar hes folowit nan or litill fruict as yitt, bot rathare the faid Eftate is deteriorate, nor emends be ony fic perfuafion as hes bene hidertills ufit: And fin the faid Eftate is mirror and lantern to the reft, it is maift expedient therefore that thai prefentlie condefcend to feik reformation of thir lyvis, and for execuiting deuly of

thair offices, evry ane of thom effeiring to thir awin vocation and cure committit nnto thaim to do, and naymlie that oppin and manifeft fins and notour offencis be forborn and abftenit fra in tyme to cum, *etc.*

Item, that thai provid for prechings and declarings of Goddis Word finceirly and treuly to be made in ovory paroch kirk of this realm upon all Sondays and utheris Holie Dayis, at the left on Yulo, Pafche, Witfondie, and every thrid or feird Sonday; and quhair that the peple ar maift ungodlie and ignorant of thar deuty to God and man, that in thai placis preachingis of Goddis Word and gud manners may be fa aft maid that be Goddis grace thai may be brocht frae thar ungodlie leving to the dew obedience of God and man, and fua that in all placis quhair maift neid is, ofteft and maift ernift preching to be maid and hed, and effeiring to the quantitie of the perochin, *etc.*

Item, that all prechers of the Word of God, or thai be admittit to prech the famen publicklie to the peple, that thai be firft examinit deuly gif thair doctrin and profeffion be conform to Goddis Word and Chriften fath, and ficklyke if thai be of gud manners and of fitt knawlege and condition as thai may be hable to prech the Word of God decently to the peple.

Item, that thar be na curatis nor vicares of peroch kirks maid in tymes to cum bot fic as are fufficiantly qualifeit to miniftar the facramentis of Halie Kirk in fic form and order as after folowes; and that thai can diftinctly and plainly reid the Catechifme and utheris directions that fal be directit unto thaim be thar Ordinaris unto the peple, fua that every man and woman hering and feing thaim execute the premiffis fa decently, may the rather convert thaimfelves fra ther inordinate leving, and tharby baith knaw perfitlie how thai fuld liefe and in deid and word ufe thaimfelvis accordingly, *etc.*

Item, forſameiklo as thar is nathing that can move men mair to worſhip God, nor to knaw the effect, cause, and ſtrenth of the ſacraments of Halie Kirk, nor nathing that can move men to diſhonor the ſaids ſacraments mair then the ignorance and miſknawladge tharof; therefore, ſeing that all Chriſtin men and women, or thai be admittit to the uſing and reſſaving of the ſaids ſacraments, ſuld knaw the vigor and ſtrenth of the ſamen, for quhat cauſes the ſamen was inſtitute be God Almighting, quhow profitable and neceſſar thai ar for every Chriſtin man and woman that deuly and reverendlie ar participants tharof; therefore, that thar be an godlie and fruitfull declaration ſet forth in Inglis toung to be firſt ſhewin to the peple at all times, quhen the ſacrament of the bleſſit Body and Blud of Jeſus Chriſt is exhibit and diſtribut, and ſicklyke when Baptiſm and Marriage are ſolemnizit in face of Halie Kirk; and that it be declarit to thaim that aſſiſt at the ſacraments quhat is the effect tharof, and that it be ſpeirit at tham be the preiſt miniſtrant, gif thai be reddy to reſſave the ſamen, with sick utheris interrogatories as ar neceſſar for inſtructing of the poynts of mens ſalvation, and requires to be anſwerit unto be all thai that wald be participant, *etc.* And thir things to be don before the uſing of the ceremony of Haly Kirk, *etc.*

Item, that the Common Prayers with Litanies in our vulgar toung be ſaid in evry peroch kirk upon Sondays and uther Haly Dayis efter the Devin ſervice of the Meſs, and that the Evening Prayers be ſaid efternein in likwyſe.

Item, becauſe that the corps preſentes, kow, and [vm]eſt claith, and the ſilvir commonlie callit the Kirk richts, and Paſch offrands quhilk is takin at Paſch fra men and women for diſtribution of the ſacrament of the bleſſit Body and Blud of Jeſus Chriſt, were at the beginning but as offrands and gifts at the diſcretion and benevolence of the givar only, and now be diſtance of tym the kirkmen uſis to compell men to the pay-

ing tharof be authority and jurifdiction, fua that thai will not only fulminat thar fentence of curfing, hut als ftop and debar men and women to cum to the reddy ufing of the facraments of Haly Kirk, quhile thai be fatiffiet tharof with all rigor; quhilk thing has na ground of the law of God nor Halie Kirk, and als is veray fclandrous and givis occafion to the puir to murmur gretymly againes the State Ecclefiaftick for the doing of the premiffis: And tharfore it is thocht expedient that ane reformation be maid of the premiffis, and that fick things be na mair ufit in tymes to cum within this realm, at the left that na man ho compellit be authority of Haly Kirk to pay the premiffis, but that it fhall only remane in the free will of the giver to gif and offir fic things he way of almous and for uphalding of the preifts and minifters of the Halie Kirk as his confcience and charitie moves him to: And quhair tho curatis and minifters forfaids hes not eneuch of thar fuftentation by the faids Kirk richts, that the Ordinares, every man within his awin diocefie, take order that the perfons and uplifters of the uther deutys perteining to the kirk contributs to thar fuftentation offeirindlie, *etc.*

Item, hecaufe the leigis of this realme ar havely hurt he the lang procefs of the Confiftorial jugement, as hes hene at mair length declarit and fhewin unto my Lordis of the Spiritualitie, and that puir men havand juft caufe oft tymes ar conftrenit to fall fra thar rightuous action through lengthning of the faids procefs and exhorhitant expences that thai ar drawin unto as wele in the firft inftant as be appellation fra place to place, fra juge to juge, and laft of all to the Court of Rome, albeit the matter were never fa fmall, and albeit men obtein fentences never fa mony be the Ordinar juges of this realme, yitt all in vain, and na execution fall folow therupon quhill the appellation be difcuffit in Rome, *etc.*: Therefore it is neceffar that provifion be maid for fhortning of the procefs Confiftorial for releiving of partyes fra exorbitant expenfes, and that it be confiderit quhat matters fall pafs to Rome be appellation, of quhat avale

worth and quantity thai ſuld be of, and that the appellation unto Rome ſuld not ſuſpend the execution of ſentences gevin heir within this realme.

Item, it is havelie murmurit and complenit unto the Quenis Grace be the fewars of kirkland, that thai ar compellit to paſs to Rome to pley the reduction of thar infeftments, *etc.*

Item, that the Actis of Parliament halden at Edinbrugh the twenty ſexth day of June M.CCCC.XCI[II]. be our Sovirane Lord King James the Fourd of gud memorie, anent the priveleges grantit be the Paps to the Kirk of Scotland, and benefices that paſſis to the Court of Rome that hurts the priveleges of the Crown or the common wele of this realme, be put to dew execution, and it be decernit [that] the Lordis of the Seſſion be juges competent to the braikers tharof, notwithſtanding ony exemption or immunitie or privelege ſpirituale or temporale.

Item, that na manner of perſon within this realme pretend to uſurp ſic hardiment as to diſhonor or ſpeik irreverently of the ſacrament of the bliſſit Body and Blude of our Saviour Jeſus Chriſt, bot that the ſamin be haldin in ſic reverence, honour, and worſhip as efferis Chriſtin men to do, and is commandit be the law of God and Haly Kirk, and that nane diſhonour the Divine ſervice of the Meſs nor ſpeik injuriouſlie nor irreverentlie tharof.

Item, that na man pretend to uſe the ſacraments and ceremonies of Marriage, Baptiſm, and bleſſit Body and Blud forſaid, nor ſuffer the ſamin to be miniſtrat, bot in ſic manner as is aforeſaid, and be ſic perſons as that ar admittit deulie, and ordanit to the adminiſtration tharof.

Item, that na manner of perſons be ſa bald as to burn, ſpulie, or deſtroy kirks, chappels, or religious places, and ornaments tharof, nor attempt ony

thing be way of deid to the hurt and injuring tharof, or for deforming or innovating the louable ceremonies and rites tharof ufit in Haly Kirk, bot that thai be ufit as afore, ay and quhile forder order be takin be the Prince and minifters of Haly Kirk having power, and the famin dewlie infinuet to tham, *etc.*

[259.] Concilium Provinciale cleri totius regni Scotiæ indictum et convocatum per reverendiffimum in Chrifto patrem et dominum Joannem Sancti Andreæ Archiepifcopum, ejufdem regni Primatem, Legatum natum etc., affiftente et confentiente reverendiffimo in Chrifto patre Jacobo Glafguenfi Archiepifcopo; convocatis etiam et præfentibus utriufque Archiepifcopi venerandis dominis fuffraganeis Epifcopis, Vicariis Generalibus, Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Decanis, Præpofitis, Sacrarum literarum Profefforibus, rectoribus ac aliis literatis viris ecclefiafticis, ecclefiam Scoticanam repræfentantibus; cœptum eft Edinburgi, in religiosa domo Dominicanorum, primo die menfis Martii, anno juxta computationem ecclefiæ Scoticanæ millefimo quingentefimo quinquagefimo octavo, et finitum ibidem decimo die menfis Aprilis, anno Domini millefimo quingentefimo quinquagefimo nono, et hoc ad dictæ ecclefiæ Scoticanæ difciplinam recte reformandam et Dominici gregis falutem promovendam; propterea quod videremus paftorale noftrum munus in extrema incidiffe tempora, in quibus crudeles lupi difperfas Chrifti oves modis omnibus conantur devorare, legitimos facramentorum ufus invertere, ecclefiæ ceremonias a Chrifto ejufdemque difcipulis et fucceffоribus bene inftitutas, prorfus contemnere, omnia demum Dei et Sanctorum templa diruere: in quo quidem Concilio antiquas majorum confuetudines infecuti fumus, quas Apoftoli inftituerunt, Apoftolici viri retinuerunt, atque nobis Sanctiffimi veluti per manus reliquerunt, ut videlicet quoties de fide Chriftiana quæftiones occurrerent, fcandala pullularent, aut hominum mores emendatione

indigerent, toties Synodum indicerent, in qua ſalutaria remedia adhiberent occurrentibus ſuo tempore periculis. Pari modo, Deo diſponente, in hac præſenti Synodo conſultavimus quonam modo poſſimus oves nobis commiſſas in Chriſtiana profeſſione retinere, ſalutarem eis cibum providere, errantes humeris noſtris impoſitas ad ovile Dominicum reducere, et eccleſias in ſincera pace regere, donec Generale Concilium his tantis malis aptiora provideat remedia. Noſtræ conſultationi acceſſit auxilium, opera et beneficium nobiliſſimæ et Chriſtianiſſimæ Principis Mariæ hujus regni Scotiæ Reginæ Dotariæ ac Regentis, cujus piam voluntatem experti ſumus, non ſolum in defendendo hoc noſtro regno a ferocibus exterorum incurſibus, ſed etiam in adminiſtranda juſtitia per ſingulas hujus regni provincias, necnon in vera religione præſervanda, retinenda ac augenda. Sic nos, Dei gratia et favore dictæ Principis, collegimus ac congeſſimus ea in conſtitutione quæ maxime videbantur pro ratione horum temporum neceſſaria et commoda ad Dei honorem et reverentiam, eccleſiaſticæ diſciplinæ emendationem, atque ad Chriſtiani populi ſalutem; quæ omnia communi conſenſu decrevimus publicanda, ut a cunctis hujus regni incolis obſerventur. Quapropter univerſos eccleſiæ Scoticanæ ordines oramus, atque in viſceribus Ieſu Chriſti obteſtamur, ut præſentis Concilii decreta diligenter legant, lecta obſervent, atque ſibi ipſis perſuadeant, nos gratia Dei et auxilio dictæ Reginæ curaturos, ea exacte executioni demandanda. Præterea cunctis eccleſiaſticis viris præcipimus et mandamus ut oves Chriſti illis commiſſas diligenter curent, frequenter viſitent, et recte exerceant conformiter traditioni et conſuetudini eccleſiæ Catholicæ, rejectis vanis novitatibus et ſuſpectis opinionibus; ſic enim, tam nobis ipſis quam ovibus noſtræ curæ commiſſis, acquiremus æternam beatitudinem quam nobis tribuat qui ſine fine vivit et regnat. Amen.

Primum actum : Approbatio Conciliorum apud Linlythquho et Edinbrugh antea tentorum.

[260.] Præfens Synodus, diligenti confilio et maturo tractatu præhabitis, decretifque quoque conftitutionibus et ordinationibus Conciliorum Provincialium in oppido de Linlythquho in menfe Augufto, et Edinburgi in menfe Novembri, anno Domini 1549, Edinburgi etiam in annis Domini 1551 et 1555 recentiffime tentorum et celebratorum inhærens, eadem decreta, conftitutiones et ftatuta ratificat, approbat et confirmat, quatenus in præfenti Concilio immutata, declarata et innovata non funt, ipfaque inviolabiliter obfervanda decrevit, cifdem quoque lectis, vifis et difcuffis, præfentis Concilii auctoritate robur adjiciens. Quorum qnidem tenores fequuntur : *Admonuit nos falubriter Divus Paulus* [*etc. ut fupra, pp.* 81-139].

Sequuntur ftatuta edita in Concilio Provinciali celebrato in menfibus Martii et Aprilis ann[is] Domini millefimo quingentefimo quinquagefimo octavo et nono refpective.

[De obfervatione decreti Concilii Bafilienfis contra concubinarios.]

[261.] Hæc præfens Synodus prioris [Concilii] apud Lynlithquho inchoati, Edinburgi finiti anno Domini millefimo quingentefimo quadragefimo nono, conftitutionibus adhærens, ratificat et acceptat decretum Concilii Bafilienfis contra concubinarios promulgatum et in prædicto priori Concilio per ecclefiafticos hujus regni roceptum, in omnibus fuis capitibus obfervandis et executioni demandandis tam in Archiepifcopos, Epifcopofque eorumque fuffraganeos quam in alios Prælatos ac inferiores clericos hujus regni per Metropolitanos [in] Epifcopos fuffraganeos, et [per] Epifcopos in alios clericos inferiores [refpective]. Et ne reverendiffimus dominus Joannes Sancti Andreæ Archiepifcopus, hujus regni Primas, Legatus [natus, etc.], necnon reverendiffimus [dominus] Jacobus Glafguenfis Archiepifcopus, videantur

reverendis suis suffraganeis et aliis inferioribus ecclesiæ onera gravia alligare, et suis forte privilegiis et exemptionibus sibimet[ipsis] liberius indulgere, sua sponte, in bonum aliorum exemplum submiserunt se cousilio, requisitioni et admonitioni facieudæ per reverendos patres Episcopum Dunkeldensem, Postulatos Candide Case et Rossensem; necnon probos et doctos viros Magistrum Joannem Synclere, Decanum de Restalrig; Fratrem Joannem Greyson, Provincialem ordinis Fratrum Prædicatorum hujus regni, et facultatis Theologicæ Universitatis Sancti Andreæ civitatis Decanum; Joannem Wynram, Sacræ Theologiæ professorem, monasterii ecclesiæ metropolitanæ Sancti Andreæ Subpriorem; ut ipsi inquirant de observatione præsentis statuti per eosdem tam per se, quam etiam de correctione exercenda in inferiores pro observatione ejusdem. Et ut commodius dicti inquisitores suo fungantur mnnere, convenient Edinburgi bis singulis annis, primo videlicet Maii, et decimo quinto Januarii; ubi diligenti inquisitione præhabita, per dictos sex, quinque, aut saltem quatuor illorum, si quid emendatione dignum deprehenderint, primum prædictos revereudissimos Archiepiscopos Christiano more et charitative admoneant; deinde Provinciali Concilio, si necesse fuerit, referant; postremo [Sanct]issimo [Domino] nostro Papæ, absque ulla mora aut conclusione, prout coram Summo Judice respondere voluerint, in[ti]ment et notificent; et si quemquam ex dictis sex extra regnum fore, aut vita defungi contigerit, licebit ceteris alium in locum absentis vel demortui surrogare. Præterea Concilium hoc decrevit ut tam Archiepiscopi quam Episcopi curent prædictum statutum Concilii Basiliensis de incontinentia observandum in omnes et singulos Abbates, Priores, Commendatarios, et alios quoscumque inferiores clericos exemptos suarum diœcesium respective aliter absque præjudicio sui ordinis.

Circa proles ecclesiasticorum.

[262.] Inhibet præterea hæc Synodus, ne qui Prælati aut alii ecclesiastici inferiores suas proles ex concubinatu susceptas in suis familiis aut consortiis

alant, [aut] teneant, ſic quod ultra quatriduum, et id non palam, ſingulis trimeſtribus in eorum familia morentur, ſub pœnis ducentarum librarum prima vice per Archiepiſcopum in præmiſſis culpabilem, et centum librarum per Epiſcopum aut alium Prælatum, ſub pœna arbitraria in alios inferiores clericos, arbitrio Ordinarii injungenda, levanda et in pios uſus applicanda; et tertio quadruplicanda.

De non promovendis filiis preſbyterorum in eccleſiis paternis.

[263.] Vetat quoque, ne ullus Archiepiſcopus aut alius Prælatus ſuas proles directe aut indirecte ad beneficia quæcumque eccleſiaſtica in ſuis eccleſiis promoveat, aut promoveri patiatur; alioqui promotio aut proviſio deſuper conceſſa, ipſo facto nulla ſit et invalida, ſic quod licitum ſit ſuperiori vel cui devolvitur poteſtas conferendi, tale beneficium libere conferre clerico idoneo cui voluerint non obſtante prædicta collatione vel proviſione antea, contra juris diſpoſitionem et præſentis ſtatuti tenorem, facta. Et ut præſens ſtatutum debitum ſortiatur effectum, Concilio viſum eſt expedire, Reginam obnixe rogandam quatenus literas ſupplicatorias ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam mittat, ejuſdem Sanctitati ſupplicando ut nullas diſpenſationes adverſus prædictum ſtatutum inpoſterum concedat: et ſi fraudulenter, nulla mentione habita hujus ſtatuti, obtentæ fuerint, ipſo jure nullæ ſint et irritæ.

De non elocandis filiabus Prælatorum et eccleſiaſticorum baronibus de patrimonio Chriſti.

[264.] Inhibet ſimiliter hæc præſens Synodus, ne qui Prælati [aut] quicumque eccleſiaſtici, per ſe vel alios, eorum nomine, filias ſuas baronibus aut aliis terrarum dominis, ſupra ſummam centum librarum annui hereditarii proventus habentibus, de patrimonio Chriſti dotent aut in matrimonio collocent, ſub pœna tantumdem pecuniæ quantum dotis nomine promiſſum

datumve fuerit, folvendi, et in alium nfum exigendi, inque pios ufus difponendi; neque etiam filios fuos barones aut terrarum dominos ultra fummam centum librarum annui hereditarii proventus efficiant, fub pœna tantumdem levandi et repetendi quantum terræ valuerint: terras autem ecclefiafticas aut alias ad eorum beneficia fpe&antes, vel decimas di&is fuis part[u]bus et concubinis dire&e vel indire&e nullo modo alienent vel affedent; quod fi fecus fa&um fuerit, caffæ funt locationes et affedationes ipfo fa&o et jure.

De familiis et fervitoribus ecclefiafticorum, ut fequitur.

[265.] Statuit præterea hæc Synodus, ut nullus Prælatus aut ecclefiafticus, cujufcumque ftatus, gradus, dignitatis aut præeminentiæ exiftat, teneat aut alat in fua familia vel comitatu aut ullo quotidiano officio quafcumque perfonas de hærefi fufpe&as, aut qui Sacrofan&æ Miffæ facrificio et aliis Divinis officiis intereffe dedignantur, diebus faltem Dominicis et majoribus feftis, vel qui contemnunt ecclefie facramenta, vel qui contra fidem Catholicam et orthodoxorum patrum fententiam erroneas teneant opiniones; fed ftatim, ubi hujufmodi reperti fuerint culpabiles, ab eorum confortio, fervitio et familia removeantur, prout iidem Prælati refpondere voluerint coram Summo Judice; ac defuper fiat diligens inquifitio per Ordinarios, fub pœnis ducentarum librarum in fingulos Archiepifcopos et alios Prælatos, Abbates, Priores et Commendatarios in præmiffis culpabiles, pro prima vice, et duplicanda pro fecunda vice, ac tertia vice triplicanda; et fic deinceps arbitraria in ecclefiafticos inferiores, arbitrio Ordinariorum.

Ne clerici exerceant mercaturam.

[266.] Similiter ftatuit decretum prioris Concilii mercaturam et fecularia negotia per ecclefiafticos vetans et prohibens, ad unguem obfervandum; addendo,

quod ſi qui Prælati, aut alii eccleſiaſtici per ſe vel alios emant victualia, piſces, ſal, b[utyr]um, lanam vel alias quaſcumque merces, lucri cauſa, ut empta revendant, hujuſmodi merces aut earum valores a tali clerico negotiatore exigantur et leventur pro prima vice. Nomine mulctæ intelligitur pœna aliqua arbitraria quæ imponitur ad arbitrium; et ſi talis clericus negotiator continuaverit, exigatur duplum ejuſdem per Ordinarium loci, vel ſuperiorem ejuſdem in pia opera applicandum.

De habitibus.

[267.] Statutum eſt ſimiliter et ordinatum, quod conſtitutiones prioris Concilii de habitibus et tonſura [clericorum et] eccleſiaſticorum virorum executioni demandentur, etiam in ipſos Abbates, Priores, Commendatarios et alios quoſcumque beneficiis eccleſiaſticis gaudentes, ſub pœna amiſſionis quartæ partis proventuum ſuorum beneficiorum per Ordinarium vel ſuperiorem levandæ et piis uſibus applicandæ, pro prima vice. Hortatur ſimiliter omnes et ſingulos Archiepiſcopos et Epiſcopos hujus regni, quatenus in publico et in eccleſia ſemper indumentis lineis, videlicet ſuis rochetis congruis temporibus utantur.

De celebratione Horarum Canonicarum, et de ſacrificio Miſſæ.

[268.] Præterea hoc præſens Concilium rogat et in viſceribus Ieſu Chriſti hortatur omnes et ſingulos Prælatos et alios quoſcumque eccleſiaſticos, ut frequentius ſolito Sacroſanct[æ] Miſſæ ſacrificium in conſpectu populi celebrent ad Dei honorem, quo facilius populum Chriſtianum ad pietatem et religionem moveant. Inquirant quoque Ordinarii, an ſacerdotes et beneficiati dicant et quotidie recitent Horas Canonicas, et alia Divina officia, et interſint ſacrificio Miſſæ, ſaltem diebus Dominicis, et aliis feſtis; et ad hæc per Ordinarios moneantur et compellantur ſub pœnis arbitrariis in ipſos infligendis.

De visitatione monasteriorum.

[269.] Insuper decrevit, quod statutum prius editum pro visitatione monasteriorum monachorum et monialium diligenter observetur, et quod Ordinarii per seipsos aut eorum fide dignos Commissarios visitent singula monasteria, etiam exemptorum, infra suas dioecesces, secundum formam Concilii Tridentini, et de singulis, quæ corrigenda sunt, inquirant et corrigant; et curent, ut sufficiens numerus Religiosorum in illis sustentetur per facultates et reditus loci; ut honeste tractentur tam monachi quam moniales, [tam] in victu, vestitu, quam in aliis necessariis; et ut loca diruta et dilapsa reparentur; et ipsi Ordinarii diligenter prædictum statutum exequantur, prout respondere voluerint coram Summo Judice; et quod Priorissæ monialium per Ordinários moneantur et compellantur ad reddendum computum et ratiocinium omnium et singulorum proventuum suorum respective monasteriorum ipsis locorum Ordinariis, singulis annis, sub pœnis et censura ecclesiastica.

De reparationibus ecclesiarum.

[270.] Item ordinat præsens Synodus et decrevit, ut ecclesiæ quæcumque intra regnum Scotiæ dirutæ et dilapsæ, reædificentur et reparentur in parietibus, tectis, ornamentis et omnibus necessariis a rectore et parochianis reparari solitis, et ad hoc per sequestrationem fructuum per Ordinarios compellantur; et quod dirigantur literæ monitoriales contra rectores [ac] eorum firmarios pro reparatione [cancellarum] earumdem. Et fiat diligens inquisitio per Ordinarios contra infringentes imagines, violatores et combustores ecclesiarum; et coram Ordinariis vocentur, secundum juris dispositionem et canonicas sanctiones, puniendi. Et pari modo procedatur contra parochianos pro reparationibus navium ecclesiarum et murorum cœmiteriorum. Vocentur quoque violatores sequestri, et puniantur, prout de jure. Statuit

præterea, ut nullæ arbores in cœmiteriis ecclefiarum plantatæ et crefcentes, ex quavis caufa fcindantur aut exfcindantur, nifi ex fpeciali confenfu Ordinarii, rectoris, vicarii et parochianorum ipfius parochiæ et ecclefiæ; et qui in hoc culpabiles invenientur, coram Ordinario vocentur, et puniantur, non folum in æftimationem et valorem arboris excifæ et ablatæ, verum etiam in damnis et intereffe, arbitrio Ordinarii moderandis: vernm fi quæ arbores ob vetuftatem vel aliquo cafu fortuito deciderint, fabricæ ipfius ecclefiæ applicabuntur.

Quod beneficiati compellantur ad receptionem f[acrorum ordin]um, et de pluralitate beneficiorum.

[271.] Approbat fimiliter hæc præfens Synodus ftatuta in prioribus Conciliis edita, quod finguli plura beneficia ecclefiaftica obtinontes, per locorum Ordinarios infra hinc ot primum diem menfis Augufti proximi vocentur ad exhibendum fuas difpenfationes, fi quas habent, juxta tenorem capitis: Ordinarii: *De Officio Judicis Ordinarii*, in fexto. Singuli quoque beneficia ecclefiaftica obtinentes, per locorum Ordinarios ante dictum diem fimiliter vocentur, et qui minime facris ordinibus initiati fuerint, ad fufceptionem ordinum fuis beneficiis requifitorum, aut eifdem beneficiis fuis renuntiandum, cenfnra ecclefiaftica et fub pœnis in capite: Licet [canon]: *De Electione*, libro fexto, per Ordinarios compellantur, ne de altari vivant qui altari defervire dedignantur.

De curatorum ftipendiis.

[272.] Confirmat quoque et approbat præfens Synodus ftatutum in priori Concilio editum, quod finguli curati annuatim fummam viginti marcarum monetæ Scoticanæ, cum manfo et horto, pro fuo annuo ftipendio et falario habeant; quod in diœcefibus Aber[done]nfi, Moravienfi, Roffenfi, Cathanenfi, et Orcadenfi obfervari decrevit. In aliis vero diœcefibus

hujus regni, fingulis curatis fumma viginti quatuor marcarum annuatim pro fuo ftipendio et falario perfolvatur, cum manfo et horto folitis et confuetis.

Item, vicarii penfionarii per locorum Ordinarios ad perfonalem refidentiam fub privationis pœna compellantur.

De pœnis delinquentium, et de exceffibus.

[273.] Statuit præterea et ordinavit hæc Synodus, quod ftatutum circa officium Decanorum Ruralium in priori Concilio editum, debitæ executioni demandetur, et ulterius brachii fecularis auxilium invocetur contra impedientes Decanos Rurales ac Commiffarios Ordinariorum in vifitatione et executione fui officii, et fimiliter contra parochianos citatos fuper affifis et inquifitionibus contumaces aut refpondere fuper articulis recufantes. Infuper ftatuit, ut crimina laicorum ad jurisdictionem ecclefiafticam pertinentia, per publicas pœnitentias in parochia in qua delictum eft commiffum, vel apud cathedralem ecclefiam, ut Ordinario et fuis Commiffariis vifum fuerit, fecundum qualitatem et quantitatem delicti puniantur, et corrigantur; et invocetur auxilium brachii fecularis contra inobedientes. Et fimiliter procedatur fuper exceffibus clericorum juxta juris exigentiam. Verum quia nonnulli pœnas pecuniarias ab hujufmodi delinquentibus exigere, levare et in fuos proprios ufus convertere dicuntur; ftatuit, quod hujufmodi pœnæ pecuniariæ ad quas folvendas fefe fponte obligant delinquentes, vel pro quibus cautionem invenerint, in pios ufus, partim intra parochiam ubi delictum eft commiffum, partim alibi arbitrio Ordinarii difponantur. Et quo præfens ftatutum debitam fortiatur executionem, quilibet Ordinarius eligat tres aut quatuor fui capituli aut alios probos et difcretos viros ecclefiafticos, qui de delictis hujufmodi et eorumdem pœnis cognofcant, ut eafdem moderentur et injungant; et quod [aliqui] ex eifdem pœnas pecuniarias in delinquentes in-

junctas exequantur et recipiant, et de confilio Ordinarii ad prædictos et alios pios ufus applicent, prout refpondere voluerint.

De prædicatione verbi Dei, et circa neglectæ doctrinæ reformationem.

[274.] Hoc præfens Concilium approbat fingula ftatuta in priori Concilio pro prædicatione verbi Dei edita, [et] debitæ executioni demandanda decrevit; quibus etiam addit, ut finguli Epifcopi per fe non folum quater in anno, prout in priori Concilio ftatutum erat, in fua diœcefi prædicent, verum etiam frequentius, quoties commode per eofdem fieri poterit, fecundum formam et tenorem conftitutionis Concilii Generalis in capite: INTER CETERA: *De Officio Judicis Ordinarii:* et contra negligentiam inquiratur in proximo Concilio Provinciali. Et finguli etiam Epifcopi quolibet biennio ad minimum fuas diœcefes integras per feipfos complete vifitent, et inter vifitandum per fe et per alios verbum Dei prædicent, et quæ corrigenda invenerint, diligenter reforment et corrigant. Et Archidiaconi ad exequendum fuum officium in vifitando compellantur fub pœnis in jure communi et ejus difpofitione contentis; et hoc ultra vifitationes fieri folitas per Archidiaconos et Decanos Rurales, aut Epifcoporum Commiffarios. Et præterea decrevit præfens Concilium, ftatutum prioris Concilii pro fuftentandis per Ordinarios Canonifta et Theologo in fingulis ecclefiis cathedralibus ante proximum Concilium executioni demandandum, et quod finguli Archiepifcopi et Epifcopi in familia fua Theologum habeant.

De prædicatione facienda per alios ecclefiafticos.

[275.] Infuper, ut frequentioribus verbi [Dei] prædicationibus inftruatur populus, ftatutum eft ut ecclefiarum parochialium rectores qui de judicio Ordinarii ad prædicandum fidei rudimenta fuis parochianis habiles et idonei cenfebuntur, per fe non folum quater in anno, ut antea in priori Concilio ftatutum erat, fed etiam frequentius, ad difcretionem Ordinarii prædicent

ſub pœna amiſſionis quartæ partis fructuum ſuorum beneficiorum, per Ordinarium loci levandorum, et in pios uſus applicandorum. His vero, qui juvenes ſunt et inidonei ad prædicationis munus debite exequendum, per Ordinarios injungatur, ut ſeſe ad hoc quamprimum reddant per ſtudia in gymnaſiis publicis habiles; et interim per alios prædicatores ſuis ſumptibus per Ordinarium examinandos et admittendos prædicari, et ſuas vices ſuppleri faciant in omnibus, donec de alio opportuno juris remedio fuerit proviſum. Et ad illud munus, ut dictum eſt, obeundum, ſinguli tales rectores prædicatores ſuos conducant, et cum ipſis conveniant, et Ordinario præſentent ante primum diem Auguſti proximi. Grandævi autem, qui quinquageſimum annum exceſſerint, et antea non ſunt ſoliti concionari, hoc ipſum ſimiliter per alios fieri procurent, quibus etiam aſſiſtant, et eorum propria præſentia prædicationibus majorem honorem addant et auctoritatem; et hoc præter et ultra communes inſtructiones et Cathechiſmi lectiones ſingulis diebus Dominicis, et aliis majoribus feſtivis, quum non ſit concio per curatos et penſionarios fieri ſolita. Et ſimiliter Epiſcopi, Abbates, Priores, Prioriſſæ, Commendatarii, Adminiſtratores, Præpoſiti, portionarii eccleſiarum, et quicumque præſunt eccleſiis cujuſcumque monaſterii, menſis Epiſcopalibus, capitulis et collegiis unitis et annexis, procurent diligenter verbum Dei in ſuis eccleſiis prædicandum per ſe, aut alios idoneos prædicatores per Ordinarium Diœceſanum examinandos et admittendos, cum quibus conveniant et eoſdem Ordinario præſentent ante dictum primum diem menſis Auguſti; quoquidem primo die menſis Auguſti elapſo, et dictis concionatoribus minime conductis et Ordinario præſentatis, quilibet Ordinarius quartam partem fructuum cujuſcunque eccleſiæ, cui de prædicatore minime proviſum fuerit, exiget et levabit, quos partim ad ſuſtentationem prædicatorum applicabit, et partim in alios pios uſus diſtribuet et diſponet.

De uniformi doctrina per fingulos prædicatores obfervanda.

[276.] Approbat fimiliter hæc præfens Synodus ftatutum in priori Concilio editum de methodo et forma prædicationum per prædicatores obfervanda; addit quoque hoc præfens Concilium ut nullus officium prædicandi verbum Dei affumat, nifi prius per Ordinarium loci examinatus ac legitime ad hujufmodi prædicationis munus exercendum admiffus fuerit; et prædicatores admiffi in his quæ circa negotia fidei et religionis Chriftianæ, Sacræ Scripturæ, fanctorumque doctorum et patrum approbatorum teftimoniis, ecclefiæ quoque Catholicæ et Conciliorum Generalium auctoritate decreta funt, fedulo ac diligenter inter concionandum fefe exerceant, populumque in illis inftruant, præfertim circa articulos fubfequentes.

Sequuntur articuli.

De traditionibus ecclefiæ. Articulus primus.

Certa fide tenendum eft, non folum quod expreffe nobis atque aperte per Scripturas traditur, verum etiam quidquid Sancta Ecclefia Catholica, aut Univerfale Concilium legitime congregatum, credendum tradidit, definit et concludit; et fimiliter quicquid obfervandum præcepit, quod ad bonos mores attinet, obfervari debet; et contrarium pertinaciter afferere, hæreticum eft.

Appendix.

Ecclefiafticæ traditiones et ordinationes, ut quæ de jejuniis, ciborum abftinentiis, et debitis feftorum celebrationibus feu feriationibus, et id genus aliis, ad fui obfervationem publice et privatim Chriftianos obligant.

De Sanctorum veneratione et invocatione. Articulus fecundus.

Recte fit in ecclefia, quod Sanctos cum Chrifto in cœlis agentes veneramur, et invocamus ut pro nobis orent; quorum precibus et interceffione Chriftus hic nobis multa largitur, per quos et in terris multa miracula operatur.

De recto imaginum ufu. Articulus tertius.

Imagines Chrifti et Sanctorum funt licitæ ad eorumdem repræfentationem et imitationem; et eædem abfque ludibrio et opprobriis reverenter tractandæ funt.

De Purgatorio poft hanc vitam. Articulus quartus.

Firmiter credendum eft poft hanc vitam effe Purgatorium pro animabus, in quo pœna adhuc debita peccatis exfolvitur; quibus tamen fubvenitur piis vivorum operihus, quo citius liberentur.

De exiftentia corporis et fanguinis Chrifti in Euchariftiæ facramento. Articulus quintus.

In Euchariftiæ facramento eft reipfa verum corpus Domini noftri Iefu Chrifti; hoc eft, vera caro et verus fanguis ejufdem, immo totus Chriftus Deus et homo: unde in eadem non panem, non vinum, non eafdem etiam, quæ oculis corporis objiciuntur, fpecies, fed Dominum noftrum Iefum Chriftum pro nobis crucifixum recte adoramus, five in Miffa five extra Miffam, ubicumque Euchariftia expofita fuerit, aut quoties in fupplicationibus publicis a facerdote circumfertur.

De laicorum communione fub una tantum fpecie. Articulus fextus.

Non eft laicis ad falutem neceffaria fub utraque fpecie communio, fed juxta legitimam ecclefiæ fanctionem fub altera tantum, panis videlicet, facramentum exhibere fufficit, in quo carnem et fanguinem, atque adeo totum Chriftum fub una dumtaxat fpecie fumi credendum eft.

De utilitate Miffæ. Articulus feptimus.

Miffæ facrificium, in recordationem paffionis Chrifti inftitutum, ejufdem paffionis virtute, vivis et mortuis prodeft.

De legitimo facramenti Euchariftiæ miniftro. Articulus octavus. Evangelico tantum facerdoti fecundum ecclefiæ ritum legitime ordinato Euchariftiæ facramentum benedicendi, confecrandi, aut miniftrandi poteftas conceffa eft.

De Exhortationibus ante minifterium facramentorum.

[277.] Infuper ut populus Chriftianus facramentorum ecclefiæ verum effectum, vim, ac ufum facilius ac commodius intelligere valeat, ftatuit hoc præfens Concilium quafdam Catholicas Exhortationes, eafque fuccinctas Declarationes facramentorum Baptifmi, Sacrofanctæ Euchariftiæ, Extremæ Unctionis, Matrimonii, auctoritate hujus Concilii edendas et inferius inferendas, quas finguli parochi vel alii prefbyteri eorumdem facramentorum legitimi miniftri, ipfa facramenta miniftraturi, fingulis fuam propriam et debitam Exhortationem præmittant, ac publice et diftincte recitent et legant; finguli quoque vicarii et curati, dum Sacræ Miffæ facrificium diebus Dominicis et aliis majoribus feftis funt celebraturi, infrafcriptam Exhortationem et ejufdem facrificii Declarationem publice in ecclefia fimiliter legant, quo populus Chriftianus majori pietatis affectu rebus Divinis affiftat et interfit. Et idem obfervent Epifcopi in miniftratione facramentorum Confirmationis, et Ordinis, et confeffarii facerdotes in facramento Pœnitentiæ. Quæ quidem Exhortationes in calce hujus Concilii infcribuntur.

De Religiofis ad Univerfitates mittendis.

[278.] Statuit et decrevit præfens Synodus, quod ftatutum antea defuper editum executioni mandetur circa Religiofos ad Univerfitates gratia ftudii mittendos; et finguli Abbates, Priores, et Commendatarii exhibeant et præfentent ipfis Ordinariis nomina eorum qui mittuntur ad Univerfitates, infra hinc et primum diem menfis Augufti proximi, et fimiliter teftimoniales litteras ipfius Univerfitatis in qua fuerint recepti; et defuper diligens inquifitio per Ordinarium fiat.

De qualitate promovendorum ad beneficia.

[279.] Hæc presens Synodus diligenter attendens et confiderans quamplurima oriri fcandala in ecclefia Dei, dum inidonei ætate, moribus, et doctrina affumuntur, et ad ecclefiaftica beneficia promoventur, ftatuit et decrevit, ut nullus impofterum affumatur, aut quovismodo promoveatur ad quodcumque ecclefiafticum beneficium per Ordinarium loci, vel quemcumque alium, ad quem de jure vel confuetudine collatio, provifio, feu quævis alia difpofitio pleno jure, et aliter ad præfentationem alicujus patroni pertinet, nifi præfens per Ordinarium diligenter examinatus, ab eodem inveniatur idoneus ad exercendum et implendum officium tali beneficio annexum; alioqui collationes, provifiones, et difpofitiones hujufmodi eo ipfo nullæ fint et invalidæ; et eo in cafu poteftas difponendi et conferendi, ea vice dumtaxat, ad fuperiorem cui de jure provifio in cafu devoluto pertinet, devolvatur, acfi hujufmodi collatio minime facta fuiffet. Et pro obfervatione præfentis ftatuti Concilium decrevit Sereniffimam Dominam noftram Reginam obnixe et humiliter deprecandam, ne quemquam ad Epifcopatus, Monafteria, Prælaturas feu quodcumque aliud beneficium ad præfentationem, feu fupplicationem, aut nominationem Regiam fpectans et pertinens, nominet, præfentet aut promoveri patiatur, nifi moribus, fcientia, et ætate ad officium dicto beneficio incumbens, ad Dei honorem, et populi ædificationem exercendum idoneus et qualificatus reperiatur; onerando confcientiam Domini Ordinarii admittentis feu conferentis, ne in diftricto Dei judicio fanguis pereuntium de ejus m[anibu]s requiratur. Et pari modo Concilio expedire vifum eft, litteras fupplicatorias ad Sanctiffimum Dominum noftrum Papam mittendas, ne quemquam ad Prælaturas vel alia quæcumque beneficia promoveat aut promoveri patiatur, nifi ætate, moribus, et fcientia idoneum.

De executoribus teſtamentorum dativis.

[280.] Hæc Synodus Provincialis volens et cupiens damno et indemnitati prolium, pupillorum, et aliorum in rebus et bonis ab inteſtato decedentium intereſſe habentium occurrere, et de remedio providere, ſtatuit et decrevit ac ordinavit, quod in futurum nulli dentur aut confirmentur executores dativi ad bona ab inteſtato decedentium, vel extra teſtamenta emiſſa, niſi prævio edicto publico tempore Divinorum in eccleſia parochiali defuncti, ſaltem per quindecim dies antea citando intromiſſores bonorum talis defuncti, et omnes alios intereſſe habentes, debite executo, et indorſato, et vocato; et quidam magis idonei juxta diſcretionem Ordinarii de proximioribus agnatis vel cognatis defuncti, ſi comparuerint, in executores dativos confirmentur, cum tamen ſufficiente cautione de fideli et debita diſpoſitione et adminiſtratione bonorum, et computo ad finem anni a die confirmati teſtamenti computandi reddendo et faciendo; necnon de debita reſponſione ſolutionis debitorum evictorum creditoribus, ſi qui ſunt, pro rata bonorum, abſque tamen præjudicio bonorum pertinentium uxori et prolibus defuncti; et caſu quo agnati [et] cognati, ut præmittitur, citati recuſaverint onus executoriæ acceptare, vel non comparuerint, conſtituantur per Ordinarium alii viri probi et boni teſtimonii, qui illud officium cum ſimili cautione debite exequantur. Prohibet quoque, ne qui locorum Ordinarii ſibi ipſis aut ſuis familiaribus aliqua de dictis bonis, præter quotam ſolitam, recipiant vel aſſignent.

De mortuariis.

[281.] Item in relevamen et ſubſidium pauperum, ad tollendum ſtrepitum et murmur contra mortuaria obloquentium, eadem in futurum ſolvenda prout ſequitur, decrevit, videlicet: defunctorum bonis in inventario, debitis abſtractis, in debitas partes diviſis, ubi defuncti pars ad decem libras

monetæ Scoticanæ tantum se extenderit, vicario illius ecclesiæ in compositionem pro annali seu mortuario persolvi solito, et veste superiori, solvantur quadraginta solidi tantum; et ubi defuncti pars ad summam decem librarum se non extenderit, sed infra eandem summam usque ad viginti solidos respective in compositione, de qua supra, solvatur vicario de dicta parte defuncti, pro rata quadraginta solidorum de decem libris; et qnando defuncti pars viginti solidos non excesserit, nihil inde solvatur pro mortuario, vel veste superiori. Si vero defuncti pars ultra summam decem librarum dictæ monetæ Scoticanæ se extenderit, tunc satisfaciat vicario pro præmissis, ut antea consuetum est, non obstante præsenti constitutione. Circa barones vero et burgorum incolas, servetur vetus consuetudo. Si qui autem defunctorum justa inventaria non fecerint, aut bona in ipsis inventariis contenta justo non æstimaverint, tunc per Ordinarios in vicariorum favorem de remedio provideatur opportuno. Et in singulis Episcoporum synodis hoc ipsum statuatur et publicetur, [non] obstante præcedenti constitutione.

De terris ad ecclesias spectantibus in feudi firmam seu emphiteosim minime locandis.

[282.] Pensato Dei ecclesiæ incommodo, subditorum hujus regni depauperatione, et magno inde [exorto] (præsertim belli tempore, et alias, defectu habilium pro tuitione regni virorum) dispendio per locationem terrarum ecclesiæ spectantium in feudo, emphiteosi, et aliis assedationibus et arrendationibus, aliis personis quam antiquis nativis tenentibus, possessoribus et elaboratoribus terrarum; vetat et prohibet præsens Concilium, ne quis Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Prior, Priorissa, Commendatarius, Præpositus, Decanus, Usufructuarius, Præceptor, Minister, ecclesiæ cathedralis vel collegiatæ canonicus, præbendarius, rector vel vicarius, seu quivis alius ecclesiasticus secularis vel regularis, quascumque terras ad suum beneficium pertinentes, deinceps locet, concedat, vel arrendet in emphiteosim vel

affedationem quamcumque longam vel brevom, nifi dumtaxat tenentibus et laborantibus earumdem. Et fi quas tales terras contra præfentis conftitutionis tenorem locari contigerit, earumdem locatione[s], five in feudum five ad certos annos fiant, ipfo jure nullæ exiftant et invalidæ cum decreto irritante. Et Archiepifcopi, Prælati, et alii ex prædictis ecclefiafticis dignitatibus et beneficiatis, terras taliter principaliter in feudum vel ad annos locantes, tertia parte fructuum illius beneficii cui tales terræ pertinent, pro uno [anno] mulctabuntur, per fuperiorem fuum levanda, et ad pios ufus applicanda; et eadem pœna canonici et præbendarii ex cathedralibus et collegiatis ecclefiis in tertia parte fuorum beneficiorum, ac Religiofi ex conventibus Religioforum et monafteriorum in tertia parte fuæ portionis pro uno anno, fimili modo in pios ufus arbitrio Ordinarii diœcefis applicanda, punientur; ipfis nihilominus alienationibus feu locationibus contra præfentis ftatuti tenorem factis feu fiendis, nullis omnino exiftentibus et invalidis ipfo facto et jure; fuper quibus uniufcujufque diœcefis Ordinarius fingulis annis tenebitur diligenter facere inquifitionem. Et præterea ftatutum eft, cafu quo aliqui ex dictis tenentibus et terrarum laboratoribus, qui tales locationes obtinuerint, aut quos impofterum obtinere contigerit eafdem in manibus fuperioris, in favorem quorumcumque, ex quavis caufa refignare voluerint; tunc eo in cafu non licebit dictis Archiepifcopis, Epifcopis, Abbatibus, Prælatis, vel aliis prædictis ecclefiafticis beneficiatis, in dictis feudis vel locationibus recipere vel admittere quofcumque alios exiftentes majoris et potentioris gradus quam dicti refignantes exftiterint, dummodo fufficientes fuerint ad hujufmodi terras occupandas, et pro eifdem juxta tenorem locationis refpondendum; provifo tamen, quod fi contigerit dictos tenentes et laboratores fundorum deficere in folutione cenfuum, vel aliud committere propter quod hujufmodi locationes amittere debeant, et ab illis jufte amoveri, eo cafu licebit dictis Prælatis et ecclefiafticis beneficiatis, talibus tenentibus amotis, vel eafdem terras fuis propriis bonis occupare, vel aliis perfonis non majoris gradus et conditionis, fufficientibus tamen laboratoribus et non aliis locare, fub pœna tertiæ partis fructuum fupra-

diĉtorum, necnon nullitatis hujusmodi locationis fruĉtuum, ipso facto et jure. Quantum vero ad glebas ecclesiasticas attinet, vetat et prohibet præsens Synodus ne ullo modo, aut ex quavis causa in feudum seu emphiteosim locentur, aut etiam ultra triennium, et hoc dumtaxat laboratoribus et occupatoribus earumdem de præsenti eisdem possessis, et non aliis, sub pœnis supradiĉtis; præsenti statuto pro quinquennio proxime futuro dumtaxat duraturo.

De decimis.

[283.] Statutum item et ordinatum exstat in favorem pauperum colonorum seu agricolarum, quod decimæ garbales, quæ de præsenti in manibus seu libera dispositione Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Priorum, Commendatariorum, Priorissarum monialium, Decanorum, Præpositorum, ecclesiarum tam cathedralium quam collegiatarum canonicorum vel præbendariorum, reĉtorum, seu aliorum quorumcumque ecclesiasticorum virorum [tam] religiosorum quam secularium, aut per ipsos viros ecclesiasticos ad eorumdem proprios usus colligantur, aut ipsis colonis et agrorum laboratoribus locentur et assedentur; nisi ipsorum colonorum obstet malitia, nolentium videlicet pro decimis hujusmodi ecclesiasticis viris reditus consuetos et persolvi solitos saltem communiter ad decennium jam proxime persolvere, et sufficientem cautionem pro solutione fienda præstare; quod si ipsis colonis seu occupatoribus terrarum recusantibus tales decimas, aliis locare contigerit, tunc hujusmodi locatio pro triennio dumtaxat fiat; alias vero decimas, quæ in aliorum manibus ad longum vel breve tempus sive super litteras assedationis . . . . sive tolerantia existunt, omnibus modis tenentur ecclesiastici viri, ad quos earumdem decimarum locatio pertinet, ipsis colonis seu terrarum occupatoribus, ut supra, locare. Quod si commode id efficere nequeant, omni saltem ingenio talem conditionem cum decimis hujusmodi de novo conducentibus inire studeant, quod colonis sive laboratoribus juxta ratam occupationis eorumdem, moderato pretio seu

æſtimatione, locentur tales decimæ; ne adverſus eccleſiaſticos viros tali occaſione oriantur ſcandala, aut murmur invaleſcat impoſterum: ſuper quorum [obſervatione] ſingulorum onerantur conſcientiæ, prout in Die Judicii reſpondere voluerint; præſenti tamen decreto pro quinquennio dumtaxat duraturo.

De abbreviatione proceſſuum curiarum Conſiſtorialium, et officio procuratorum.

[284.] Statuit præterea omnia et ſingula ſtatuta in priori Concilio edita pro abbreviatione proceſſuum curiarum Conſiſtorialium, et officio procuratorum, obſervanda, obſervantiæ et debitæ executioni demandanda; et quod in omnibus cauſis ſummariis [procedatur ſummarie] et de plano ſine ſtrepitu judicii, amputatis dilationibus, quantum de jure fieri poterit. Quæ vero ſint cauſæ ſummariæ in calce præſentis Concilii inferentur; addendo inſuper, quod quicumque procurator vel advocatus frivolam exceptionem replicandam, duplicandam, triplicandam, quadruplicandam, in judicio exhibuerit, ſeu aliter manifeſte deprehenſus fuerit, pro prima vice pœna quadraginta ſolidorum, pro ſecunda vice quinque libra[rum] monetæ hujus regni, in pios uſus, ad arbitrium judicis applicandorum abſque remiſſione mulctetur, et tertia ab officio procurandi vel advocandi in ea curia in perpetuum ſuſpendatur et removeatur.

Quod nullæ abſolutiones dentur ex motivis neque ad effectum agendi.

[285.] Statuit ſimiliter, quod nullæ deinceps per Archiepiſcopos, Epiſcopos, eorumve Officiales et Commiſſarios, vel alios quoſcumque judices eccleſiaſticos, ordinarios vel delegatos, dentur abſolutiones a ſententiis excommunicationis, et aliis cenſuris eccleſiaſticis ex quacumque causa fulminatis, cum illa clauſula: *propter motiva, vel ex motivis*, vel ſimilibus clauſulis; ſed vel concedantur ſimpliciter, vel inferatur cauſa in eiſdem, propter quam

dentur; alioqui nullius fit roboris vel momenti. Item, quod nullæ inpofterum dentur abfolutiones, a quibufvis fententiis excommunicationis, et aliis cenfuris ecclefiafticis, ex quacumque caufa etiam contumaciæ fulminatis, ad effectum agendi, profequendi, judicandi, vel alicujus membri curiæ officium exercendi, nifi dumtaxat teftimonii conferendi caufa; alioquin nullæ fint ipfo jure et invalidæ.

Quod in capitulis omnia capitulariter gerantur.

[286.] Similiter ftatutum eft, quod in omnibus capitulis et conventibus, in quibufcumque actibus capitularibus, omnia gerantur et fiant capitulariter, et in loco capitulari, tam qnoad confenfum præftandum, quam etiam quoad fubfcribendum et figillandum; alioquin facta et gefta nulla fint et invalida.

De Officialibus et Commiffariis Epifcopornm.

[287.] Statuit infuper, quod Officiales et Commiffarii Ordinariorum ipforumque delegati quicnmque, fint facerdotes, et aliter fufficienter qualificati pro jurifdictione ecclefiaftica exercenda: et finguli Archiepifcopi, Epifcopi et alii jurifdictionem ordinariam habentes, hoc ftatutum exectioni demandent, infra hinc et primum diem menfis Junii; fuperioribus negligentiam fuorum inferiorum dicto die elapfo fuppleturis.

De legitima ætate fubditorum regni.

[288.] Præterea, ftatuit et declarat fubditos hujus regni, quamprimum vigefimum primum ætatis fuæ annum compleverint, effe et cenferi debere majores, ætatifque perfectæ; et ita judicandum effe in foro ecclefiaftico, quod et in foro civili de jure et confuetudine hujus regni eft obfervatum: et fi quæ actiones coram judicibus dependent, fecnndum præfentis tenorem judicentur.

De collectoribus pœnarum.

110	5	laudabili[ter]	laudabilius *Cod. Baluz.*
110	9	[ecclesias] quascumque	quascumque *Cod. Baluz.*
110	10	[juris] remediis	remediis *Cod. Baluz.*
110	11	repara[tiene]	reparari *Cod. Baluz.*
110	17	præsentent	præsentem *Cod. Baluz.*
110	17	substitutum	substitum *Cod. Baluz.*
110	19	uev[er]it	uevit *Cod. Baluz.*
110	22	arbitrio	arbitrarii *Cod. Baluz.*
110	23	computum et rationem reddant	computum reddant et rationem *Cod. Baluz.*
110	24	autentice	autentica *Cod. Baluz.*
111	3	computum	cemplementum. *Cod. Baluz.*
111	4	[ut] provideatur	et provideatur *Cod. Baluz.*
111	5	legatorierum	legatorum *Cod. Baluz.*
111	10	Orchadensium, ad modum	Orchadensium etc *Frag. in Archiv. Pub. Scot.*
111	18	innetatienibus	innotationis *Cod. Baluz.*
111	19-20	totas [et] integras	totas integras *Cod. Baluz.*
111	21	subjectas	subjectis *Cod. Baluz.*
111	28	teneantur [et] contrahautur	teneantur contrahantur *Cod. Baluz.*
111	29	et [ejus] Commissariis	et Commissariis *Cod. Baluz.*
112	2	executores dativos	executeres daturos *Cod. Baluz.*
112	6	respective	reverendissime *Cod. Baluz.*
112	11	super f[a]ma	super firma *Cod. Baluz.*
112	12	[et] officii	efficii *Cod. Baluz.*
112	23	Statuit et hæc	Statuit hæc *Cod. Baluz.*
112	23	Prothocolla	Prothocolæ *Cod. Baluz.*
113	2	official[at]ibus	officialibus *Cod. Baluz.*
113	8	[aut]	et *Cod. Baluz.*
113	8-9	præfulge[ns]	præfulgeat *Cod. Baluz.*
113	9	ecclesias [in titulum]	ecclesias *Cod. Baluz.*
113	12	[ac]	et *Cod. Baluz.*
113	13	tenorem [nune]	tenorem *Cod. Baluz.*
113	15	alias	illas *Cod. Baluz.*
113	16	ultimo obtenta	ultimæ obtentæ *Cod. Baluz.*
113	16	excepta	exceptis *Cod. Baluz.*

2 E

Page	line		
113	20	fundationibus [Hospitalium] . .	fundationibus *Cod. Baluz.*
113	21	fundationum	fundationes *Cod. Baluz.*
113	23	eisdem	ejusdem *Cod. Baluz.*
113	26	capellaniis	capellanis *Cod. Baluz.*
114	1-2	comparuerit	comparuerint *Cod. Baluz.*
114	13	Magistri	imagn' *Cod. Baluz.*
114	13	quatenus annis	quatenus in annis *Cod. Baluz.*
114	14	in ecclesiis [fieri debet, ad loca] .	et ecclesiis et loca *Cod. Baluz.*
114	19	[ad] conferendum	conferendum *Cod. Baluz.*
114	21	maxime	maximis *Cod. Baluz.*
114	23	caput . . . . . . *De electione,* libro sexto	cap. fid. de elect. lib. 60. *Cod. Baluz.*
114	24	jure [spectant]	jure *Cod. Baluz.*
114	27	Ordinarios	ordines *Cod. Baluz.*
115	2	pascenda est, etc.	pascenda est *Cod. Baluz.*
115	5	repræsentantes	repræsentantis *Cod. Baluz.*
115	7	respective	reverendissimis *Cod. Baluz.*
115	10	sermocinantium	sermocinationibus *Cod. Baluz.*
115	10	[factis]	captis *Cod. Baluz.*
115	12	Nomina beneficiorum prædicatoribus assignatorum .	Sequitur prædicatoribus assignatum *Cod. Baluz.*
115	13	Mu[k]e[rt]	Mutzeis *Cod. Baluz.*
115	15	Aberdonensi	Abererneu' *Cod. Baluz.* prim. man.
115	15	Crewdane	Crebbdaneu *Cod. Baluz.*
115	16	Inverkeithen	Innulzechie *Cod. Baluz.*
115	17	Kirk[chryst]	Szertzersy *Cod. Baluz.*
115	21	præpositu[ra]	præpositus *Cod. Baluz.*
115	21	K[irkwal]	Kultzenay *Cod. Baluz.*
115	21	Orknay	Ortzay *Cod. Baluz.*
115	22	Brechinensi	Brethnen' *Cod. Baluz.*
115	26	[de] Aberbrothok	Ambertobz *Cod. Baluz.*
115	27	Pasleto	Palesto *Cod. Baluz.*
115	27	[K]ilmal[k]ome	Hilmalhosme *Cod. Baluz.*
116	1	[Kilw]ynyng	Helaryminng *Cod. Baluz.*
116	3	[K]elso	Hello *Cod. Baluz.*
116	5	[D]riburg	Eribrut *Cod. Baluz.*
116	5	Kyl[r]yn[n]y	Kyloynyur *Cod. Baluz.*
116	6	Lundoris	Lundoez *Cod. Baluz.*
116	7	S[cona]	Serva *Cod. Baluz.*
116	7	Kyl[do]nand	Hylernad *Cod. Baluz.*
116	8	monasterio [de]	monasterio *Cod. Baluz.*
116	9	Pro [monasterio de]	Pro *Cod. Baluz.*
116	9	vicaria [de]	vicaria *Cod. Baluz.*
116	10	Melros	Melrocz *Cod. Baluz.*
116	10	Hasse[n]dene	Hasseden *Cod. Baluz.*
116	11	Edin[ham]	Edimburg *Cod. Baluz.*

Page	line		
116	13	[monasterio de] Kynlos . . .	Hynles *Cod. Baluz.*
116	15	Jedbrucbt	Jebbrut *Cod. Baluz.*
116	15	Du[n]ma[ny]	Dumian *Cod. Baluz.*
116	16	Petterwgy	Petteorbbgy *Cod. Baluz.*
116	17	Balmerino	Balmermol *Cod. Baluz.*
116	18	[monasterio de] C[upro] . . .	Conyo *Cod. Baluz.*
116	19	[monasterio de] Glenlu[s] . . .	Glenlurc *Cod. Baluz.*
116	20	[Pro] priorissatu de [N]orthber-[wyck]	Priorissatus de Morthoerbytz *Cod. Baluz.*
116	22	prædicantium	prædicantium. Priorissatus de Morthoerbytz, vicaria de Largo *Cod. Baluz.*
116	23	pensata	pensatis *Cod. Baluz.*
116	24	easdem	eadem *Cod. Baluz.*
116	25	obtinenda	obtinens *Cod. Baluz.*
116	27	Deum; [et]	Deum, *Cod. Baluz.*
116	28	ex	et *Cod. Baluz.*
117	15	Ordinationes	Sequuntur nonnullæ ordinationes *Cod. Baluz.*
117	15	utiles et necessariæ	cum utiles tum necessariæ *Cod. Baluz.*
117	18	quater	quatuor *Cod. Baluz.*
117	21	caput	capitum *Cod. Baluz.*
117	22	commissi	commissæ *Cod. Baluz.*
117	22	caput *Statuta*, [titulo] *De hæreticis*	cap. ut Statuta de hæreticis *Cod. Baluz.*
117	25	severitate	securitate *Cod. Baluz.*
118	5	[De morum et vitæ emendatione]	This rubric is wanting both in the *Cod. Baluz.* and in the *Frag. in Archiv. Pub. Scot.*
118	6	[Secundo,] item	Item *Cod. Baluz.*
118	6	in visceribus	ut visceribus *Cod. Baluz.*
118	11	ordinationes	ordines *Cod. Baluz.*
118	12	prorumpant [ipsi]	prorumpant *Cod. Baluz.*
118	25	admittendis	admittendum *Cod. Baluz.*
119	4	solidos.	The scribe of the *Cod. Baluz.* has written here a character which may be supposed to denote either *s.* or *l.*, *solidos* or *libras.*
119	11	Et quoties prædicatum est nomine rectoris in anno, curati notent, etc.	Quoties predicatur per rectores inquiratur. *Cod. Baluz.*
119	20-1	Articuli super quibus hæreticæ pravitatis inquisitores suas inquisitiones formare potissimum deberent, etc.	Articuli inquirendi per inquisitores hæreticæ pravitatis. *Cod. Baluz.*
119	22	specialiter	spiritualiter *Cod. Baluz.*
119	25	auditorum	authorum *Cod. Baluz.*
120	1	ubi nullas	ulli nullos *Cod. Baluz.*
120	4	sacramenta	monasteria *Cod. Baluz.*
120	6-7	præsertim in sacrificio Missæ, et	præsertim in sacramento baptismi et sacrifi-

Page	line		
		sacramentis baptismi, confirmationis, extremæ unctionis, [pœnitentiæ,] et aliorum	cium Missæ, confirmationis, extremæ unctionis, et aliorum. *Cod. Baluz.*
120	8	contemnentes.	continentes. *Cod. Baluz.*
120	10-1	glorificato [postea in æternum regnaturas.]	glorificato. *Cod. Baluz.*
120	16	Christianorum.	Christianorum et sanctiones canonicas. *Cod. Baluz.*
120	17-8	dogmatibus, et sanctiones canonicas.	dignitatibus. *Cod. Baluz.*
121	1	Circa Orationem Dominicam *Pater Noster*, etc.	Circa Orationem Dominicam. *Cod. Baluz.* With this rubric the *Frag. in Archiv. Pub. Scot.* ends.
121	10	Salutatione Angelica	Salutatione Evangelica. *Cod. Baluz.*
121	15	exercitium	exercitia *Cod. Baluz.*
121	16	nequi	ne quis *Cod. Baluz.*
121	17	causas	causæ *Cod Baluz.*
121	23	doctioribus	doctoribus *Cod. Baluz.*
121	24	fore	fori *Cod. Baluz.*
122	8	proferre	proficere *Cod. Baluz.*
122	16	[si] admissæ	admissæ *Cod. Baluz.*
122	18	solidos [persolvat]	solidos *Cod. Baluz.*
122	22	no[n] relevantes	novo relevantes *Cod. Baluz.*
122	22	admissibiles	admissibili *Cod. Baluz.*
122	23	stylo fori	stylo fere *Cod. Baluz.*
122	25	fabricandis	fabricandum *Cod. Baluz.*
122	25	insufficientes	sufficienter *Cod. Baluz.*
123	5	statuti	statutis *Cod. Baluz.*
123	6	[Ne urgeantur longæ delationes falsæque excusationes, etc.]	There is no rubric to this statute in the *Cod. Baluz.*
123	8	excusationes	accusationes *Cod. Baluz.*
123	8-9	scripturasve	scripturæ *Cod. Baluz.*
123	9	productas	productæ *Cod. Baluz.*
123	15	nominata	nominato *Cod. Baluz.*
123	15	t[unc]	tamen *Cod. Baluz.*
124	13	quam [quæ] coram	quam coram *Cod. Baluz.*
124	15	[diem] receptionis	receptionis *Cod. Baluz.*
124	16	recipientis	recipientibus *Cod. Baluz.*
124	21	summam	summa *Cod. Baluz.*
124	22	citata [et] minime	citata minime *Cod. Baluz.*
125	2	examinentur	excaventur *Cod. Baluz.*
125	12	reservationum [causa]	reservationum *Cod. Baluz.*
125	20	legibus	legibus taur *Cod. Baluz.*
125	26	usitata	usitate *Cod. Baluz.*
126	4	ante	ant *Cod. Baluz.*
126	19	co[nv]iciis	comitiis *Cod. Baluz.*

Page	line		
126	21	cat[a]logo	cathologo *Cod. Baluz.*
127	1	[Indictio futuri Concilii Provincialis.]	There is no rubric to this statute in the *Cod. Baluz.*
127	7	dicto	dictis *Cod. Baluz.*
127	9	diœcesis	diocesi *Cod. Baluz.*
128	1-3	[Concilium Provinciale per Prælatos et clerum regni Scotiæ habitum Edinburgi, die vicesimo sexto mensis Januarii, anno Domini 1551.] [Approbatio statutorum prioris Concilii.]	Acta postea edita in eodem Concilio et approbata sequuntur. *Cod. Baluz.*
128	4	[constans] hujus	hujus *Cod. Baluz.*
128	5	Concilium [facientibus]	Concilium *Cod. Baluz.*
128	11	conc[lu]sa	concessum *Cod. Baluz.*
129	3	prius editum	præsens editum *Cod. Baluz.*
129	4	et [Episcopos]	et . . . . *Cod. Baluz.*
129	8	[absque mora monitiones]	obiti mod' *Cod. Baluz.*
129	10	applicandarum	applicandum *Cod. Baluz.*
129	15	[ut] statuta	statuta *Cod. Baluz.*
129	23	[in]idoneos	idoneos *Cod. Baluz.*
130	5	prius promulgat[am]	præsens promulgatis *Cod. Baluz.*
130	10	reverendorum	reverendissimorum *Cod. Baluz.*
130	11	Decani	ac Decani *Cod. Baluz.*
130	21	diœcesis [Sodorensis]	diœcesis . . . . *Cod. Baluz.*
131	1	ac Episcopis	Episcopis *Cod. Baluz.*
131	2	reserv[en]tur	reservatur *Cod. Baluz.*
131	9	super facti	superioribus facti *Cod. Baluz.*
131	12	Commissariis [generalibus]	Commissariis . . . . *Cod. Baluz.*
131	13	delegabuntur	derogantur *Cod. Baluz.*
131	16	m[y]steriorum	ministeriorum *Cod. Baluz.*
131	26	deficient[ia]m	deficientem *Cod. Baluz.*
132	2	quod	quo *Cod. Baluz.*
132	14	su[per]	suis *Cod. Baluz.*
132	15	hinc	huic *Cod. Baluz.*
132	21	ecclesiasticarum [pœnarum]	ecclesiasticarum *Cod. Baluz.*
132	22	vilnit	velint *Cod. Baluz.*
133	6	affigantur	affligantur *Cod. Baluz.*
133	6-7	fixa [remaneant eorum nomina], donec	fixa donec *Cod. Baluz.*
133	7	obtinuerint.	obtinuerint, dimittantur; *Cod. Baluz.*
133	14	ingesserit	ingesserint *Cod. Baluz.*
133	21	suæ insordescentiæ	sive insordescentibus *Cod. Baluz.*
134	9	ex reliquis	et reliquis *Cod. Baluz.*
134	11	administrationibus	administratoribus *Cod. Baluz.*
134	13	deputat[æ]	deputatis *Cod. Baluz.*

Page	line		
134	13	contigue	contiguæ *Cod. Baluz.*
134	13	jacentes	tacen' *Cod. Baluz.*
134	24-5	e[t] nativitat[is]	ex nativitate *Cod. Baluz.*
134	26	avitæ	amicæ *Cod. Baluz.*
135	1	nativitatis	nativitatibus *Cod. Baluz.*
135	2	b[an]norum	bonorum *Cod. Baluz.*
135	5	compatr[u]m et commatr[u]m .	compatrem et commatrem *Cod. Baluz.*
135	8	mulieris	mulieres *Cod. Baluz.*
135	8	div[er]sarum	divisarum *Cod. Baluz.*
135	22	ut	et *Cod. Baluz.*
136	10	errantes	errores *Cod. Baluz.*
136	18-9	instructione	constructione *Cod. Baluz.*
136	31	[utique] ignorabitur	ignorabitur *Cod. Baluz.*
136	31	immo [et]	immo *Cod. Baluz.*
136	31	Qu[id]	Quantum *Cod. Baluz.*
137	1	[ubi] non	omnibus cum non *Cod. Baluz.*
137	1	pascua, [ignorat]	pascua *Cod. Baluz.*
137	3	experitur	exoritur *Cod. Baluz.*
137	8	tribuat	tribus *Cod. Baluz.*
137	9	tempus	usque *Cod. Baluz.*
137	24	Miss[am]	Missæ *Cod. Baluz.*
138	2	mun[u]s	numeris *Cod. Baluz.*
138	16	specialiter	spiritualiter *Cod. Baluz.*
138	17	ei	et *Cod. Baluz.*
138	22	lectionem	pro lectione *Cod. Baluz.*
138	23	si [quis] rector, vicarius seu curatus	si rectores, vicarii seu curati *Cod. Baluz.*
138	29	interim	intententur *Cod. Baluz.*
140	1-3	[Concilium Provinciale cleri totius regni Scotiæ cœptum Edinburgi primo die mensis Martii anno Domini 1558, et finitum ibidem decimo die mensis Aprilis anno Domini 1559.]	Concilium provinciale totius cleri Scoticani utriusque provinciæ S. Andreæ et Glasguen. habitum Edinburgi A.D. M.D.LIX. Ex autographo in colleg. Scot. Paris. mem. Scot. tom. i. fol. 129. *Concilia Magnæ Britanniæ.* There is no rubric here in the *Cod. Baluz.*
140	7	Scoticanæ	Scoticanæ. Dat. 31 Januar. A.D. 1558. (Ex autographo in archivo Collegii Scotorum Parisiens.) *Cod. Baluz.*
140	10	ejusdem	ejusdemque *Cod. Baluz.*
140	14-5	metropoli[ti]cæ et pr[imat]ialis [auctoritatis] nostræ	metropolicæ et provincialis nostræ *Cod. Baluz.*
141	4	cujusvis	cum suis *Cod. Baluz.* prim. man.
141	14	Christianæ, [statu, libertate] . .	Christianæ *Cod. Baluz.*
141	15	quibusv[is]	quibusve *Cod. Baluz.*
141	23	vineam Domini	unicam domum *Cod. Baluz.* prim. man.
141	26	fovet	fore *Cod. Baluz.*

Page	Line		
141	27	quæ	de quo *Cod. Baluz.*
142	4	metropoli[ti]ca	metropolica *Cod. Baluz.*
142	5	pr[imat]iali	provinciali *Cod. Baluz.*
142	7-8	[et Supremæ Dominæ nostræ] Reginæ	Reginæ *Cod. Baluz.*
142	8	videntis	videritis *Cod. Baluz.* prim. man.
142	12-3	prorogatione	propagatione *Cod. Baluz.* prim. man.
143	12	[causa] orandi	orandi *Cod. Baluz.*
143	12	[hujusmodi] nostri	nostri *Cod. Baluz.*
143	25	Provinciale jam inceptum	provinciale Edinburg. A.D. M.D.LIX. Ex antographo in collegio Scotor. Paris. memoir. Glasg. fol. 120. *Concilia Magnæ Britanniæ.*
144	17	genera[liter]	generatim *Conc. Mag. Brit.*
145	3	Provinciale jam inchoatum	provinc. A.D. M.D.LIX. Ibid. fol. 121. *Conc. Mag. Brit.*
145	7	Farnes et Rennis	Finnes et Renis *Conc. Mag. Brit.*
145	15	Fratrum Prædic[a]torum	fratrum prædictorum *Conc. Mag. Brit.*
145	28	Kirkkynre	Kirkkynie *Conc. Mag. Brit.*
146	13	generalis	generalis. Sequuntur subscriptiones curatorum et aliorum de executione facta ejusdem supradicti mandati abbatibus et aliis infra diœcesim Candidæ Casæ. *Conc. Mag. Brit.*
146	14-6	[Articles proponit to the Quene Regent of Scotland be sum temporall Lordis and Barronis, and sent be hir Grace to the haill Prelatis and principallis of the clargie convenit in thair Provincial Counsall in Edinburgh.]	Remonstrance to the prelats and other churchmen assembled in the provincial council holden at Edinburg in March and April, A.D. M.D.LIX. craving redress of several grievances complained of in the ecclesiastical administration of Scotland. Taken from a copy written in those times, and now extant in colleg. Scotor. Paris. memoires Glasg. *Conc. Mag. Brit.*
148	24	[vm]est claith	finest claith *Conc. Mag. Brit.*
150	7	M.CCCC.XCI[II]	M.CCCC.XCIV. *Conc. Mag. Brit.*
150	11	[that]	be *Conc. Mag. Brit.*
151	6	Scotiæ indictum	septies judicatum *Cod. Baluz.* prim. man.
153	14	ann[is]	anno *Cod. Baluz.*
153	16	[De observatione decreti Concilii Basiliensis contra concubinarios.]	There is no rubric to this statute in the *Cod. Baluz.*
153	17	prioris [Concilii]	prioris *Cod. Baluz.*
153	19	decretum Concilii	concilium decreti *Cod. Baluz.*
153	24	[in]	et *Cod. Baluz.*
153	24	et [per]	et *Cod. Baluz.*
153	25	[respective]	reverendissimos *Cod. Baluz.*

Page	line		
153	26	Legatus [natus, etc.], ...	Legatus *Cod. Baluz.*
153	27	reverendissimus [dominus] . .	reverendissimus *Cod. Baluz.*
154	2	sibimet[ipsis]	sibimet *Cod. Baluz.*
154	4	reverendos	reverendissimos *Cod. Baluz.*
154	18-9	[Sanct]issimo [Domino] . . .	reverendissimo *Cod. Baluz.*
154	20	in[ti]ment	insument *Cod. Baluz.*
154	21	ex dictis	disetis *Cod. Baluz.*
155	1	[aut] teneant	teneant *Cod. Baluz.*
155	17	ejusdem	eidem *Cod. Baluz.*
155	23	Prælati [ant]	Prælati *Cod. Baluz.*
156	6	part[u]bus	partibus *Cod. Baluz.*
156	16	erroneas	erroneant *Cod. Baluz.*
157	1	si qui	si quid *Cod. Baluz.*
157	2	b[utyr]um	bissum *Cod. Baluz.*
157	10	tonsura [clericorum et] . . .	tonsura *Cod. Baluz.*
157	16	semper	super *Cod. Baluz.*
157	21	Sacrosanct[æ]	Sacrosanctum *Cod. Baluz.*
158	2	prius editum	postea editum *Cod. Baluz.*
158	9	[tam] in	in *Cod. Baluz.*
158	21	rectores [ac]	rectores *Cod. Baluz.*
158	22	reparatione [cancellarum] . . .	reparatione *Cod. Baluz.*
159	9	s[acrorum ordin]um	sordinum *Cod. Baluz.*
159	19	Licet [canon]	Licet *Cod. Baluz.*
159	26	Aber[done]nsi	Aberernen *Cod. Baluz.*
160	28	quod [aliqui]	quod *Cod. Baluz.*
160	28	in delinquentes	delinquentes *Cod. Baluz.*
161	5	[et] debitæ	debitæ *Cod. Baluz.*
161	20	demandandum	mandandis *Cod. Baluz.*
161	23	verbi [Dei]	verbi *Cod. Baluz.*
161	25	idonei	inodei *Cod. Baluz.*
162	10	primum	proximum *Cod. Baluz.*
162	18-9	cujuscumque	quibuscumque *Cod. Baluz.*
165	3	consecrandi	conservandi *Cod. Baluz.*
165	13	præmittant	permittant *Cod. Baluz.*
165	17	affectu	effectu *Cod. Baluz.*
166	23-4	m[anibu]s	membris *Cod. Baluz.*
167	2-3	prolinm	prælatorum *Cod. Baluz.*
167	17	agnati [et]	agnati *Cod. Baluz.*
168	15	[non] obstante	obstante *Cod. Baluz.*
168	19	Pensato Dei	Pensat Deum *Cod. Baluz.*
168	20	inde exorto	inde . . . *Cod. Baluz.*
169	1	longam vel brevem	longa vel brevi *Cod. Baluz.*
169	3	locatione[s]	locationem *Cod. Baluz.*
169	8	uno [anno]	uno *Cod. Baluz.*
169	19	superioris	superiorum *Cod. Baluz.*
170	15	[tam] religiosorum	religiosorum *Cod. Baluz.*

Page	line		
171	3	quorum [observatione]	quorum *Cod. Baluz.*
171	6	processuum	potissimum *Cod. Baluz.*
171	9	officio	officiorum *Cod. Baluz.*
171	11	summariis [procedatur summarie]	summariis *Cod. Baluz.*
171	17	libra[rum]	libras *Cod. Baluz.*
173	10	quod a	quia *Cod. Baluz.*
173	12	[et] singulis	singulis *Cod. Baluz.*
174	3	specie mali	specie mala *Cod. Baluz.*
174	9	singulisque	singulorumque *Cod. Baluz.*
174	11	venundare	venudare *Cod. Baluz.*
174	17	[in] Paschali solemnitate . . .	Paschali solent *Cod. Baluz.*
174	19	t[unc]	tamen *Cod. Baluz.*
174	21	[a]t	et *Cod. Baluz.*
174	25	Willocks	Villots *Cod. Baluz.*
174	25	Patrik	Patritz *Cod Baluz.*
175	11	moneat	monet *Cod. Baluz.*
175	17	excepto	recepto *Cod. Baluz.*
176	11	[de] aliis	aliis *Cod. Baluz.*

APPENDIX.

APPENDIX.

Incipiunt Canones Adomnani.

I.

[1.] Maritima animalia ad littora delata, quorum mortes nefcimus, fumenda funt fana fide, nifi fint putrida.

II.

Pecora de rupe cadentia, fi fanguis eorum effufus fuerit, recipienda. Si non vero, fed fracta funt offa eorum, et fanguis foras non fluxit, refutanda funt ut morticina.

III.

In aquis extincta morticina funt, quorum fanguis intrinfecus latet. A beftiis capta animalia et femiviva, beftialibus hominibus fumenda funt.

IV.

Animal femivivum fubita in morte præparatum abfciffa aure vel alia parte, morticinum eft.

V.

Carnes fuillæ fi morticinum comedent craffæ vel pingues, ut morticinum quo pinguefcunt fues, refutandæ funt. Cum vero decreverint et ad priftinam maciem reverfæ, fumendæ funt.

VI.

Si vero una vice vel II. vel III. morticina manducaverint, poſt hujus receſſum de ventre earum ſana fide ſumendæ ſunt.

VII.

Sues carnem vel ſanguinem hominis guſtantes inliciti ſunt et reiciendi ſemper. In lege enim animal cornupetum, ſi hominem occiderit, inlicitum eſt.

VIII.

Equus aut pecus ſi percuſſerit hominem in agro civitatis ſuæ, dimidium unciæ reddet pro eo homini cujus ſanguis effuſus eſt. Si percuſſerit homo animal in agro ſuo, non redditur pro eo.

ITEM ADOMPNANUS.

Simili modo prohibet medullas oſſium cervorum manducari, quos lupi comederunt. Similiter et cervos quorum ſanguinem quamvis parvulum fluxiſſe cernimus, perfracto in pedicis crure, vetat manducari, morticinam eſſe adfirmans carnem eo quod non fluxerit ſanguis ſuperior, qui cuſtos et ſedes animæ erat, ſed coagulatus eſt intra carnem, quamlibet extremitas ſanguinis per extremum quodlibet membrum ſit effuſa, ſanguis tamen craſſior et ſolidior in quo anima ſederat intra carnem coagulatus manet. Itaque quod ſi non cauſa vulneris inliſi ſedem animæ turbaverit, non eſt ſanguinis effuſio, ſed extremæ partis offenſio. Itaque et qui eam carnem comederit, ſciat carnem cum ſanguine comediſſe. Cum enim Dominus carnem ······· probibuit comedendam, non carnis coctio deerat, ſed ſanguinis effuſio. Et hoc prædictum intelligi debet et do pecoribus, quæ poſt abſciſſam vel tamen ſciſſam aurem, in extrema infirmitate mortua ſunt: adipem tamen et pelles in uſus varios habebimus.

Incipit nunc Synodus Aquilonalis Britanniæ.

I.

[II.] Cum muliere vel cum viro peccans quis, expellatur, ut alterius patriæ cœnubio vivat, et pœniteat confeſſus III. annis clauſus. Et poſtea frater illius altari ſubjectus anno uno Diaconns, III. Preſbyter, IIII. Epiſcopus et Abbas, ſuo quiſque ordine privatus, doctoris judicio pœniteat.

II.

Qui ſeipſum coinquinaverit, annum clauſus pœniteat: Puer XII. annorum XL. [*l.* II.] aut III. Quadrageſimis. I. Diaconus anno clauſus, et cum fratribus pœniteat demedio. Sacerdos uno anno clauſus, et cum fratribus altero.

III.

Monachus conſecrata furatus exilio anno uno, et altero cum fratribus pœniteat. Si autem intraverit [*l.* iteraverit], exilium patietur. Furatus cibum, Quadrageſima; ſi iterato, tres Quadrageſimas; ſi tertio, anno; ſi quarto, jugi exilio ſub alio Abbate pœniteat.

IV.

Dilatus et dilator conſimili perſona judicentur. Si dilatus negaverit, anno ſimili pœniteat in ſeptimana II. diebus pane aquaque, et biduano in fine cujuſque menſis, omnibus fratribus ſubponentibus, et Deum eis judicem conteſtantibus. Permanentes autem in obſtinatione, anno emenſo, alterius communioni ſub judice flamma ſocientur, et Dei judicio relinquantur. Si quando alter fuerit confeſſus quantum laboris alteri intulerit, tantum ſibi multiplicetur.

[III.] Decretalium juſſu Gregorii Papæ IX. sub A.D. MCCXXXIV. collectarum, Capitula quæ reſcripta in cauſis Scoticanis continent.

LIB. I. TIT. XLIII: *De arbitris.* CAP. VI: *Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso: ideo coram eo non fit reconuentio.*

[A.D. 1208.] Innocentius Papa III. Epiſcopo Sancti Andreæ, Abbati de Aberbrothoc, Thomæ priori, [Ranulfo] archidiacono, et Magiſtro [Laurencio] officiali Sancti Andreæ . . . Quod, licet in iudicio conuenientem reconuenire valeatis, qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen reconueniri non poteſt: cum arbitri iudicare non valeant, niſi de his tantum, ſuper quibus in eos extiterit compromiſſum.

LIB. II. TIT. XII: *De caussa possessionis et proprietatis.* CAP. VI: *Si petitorio et possessorio simul est actum, vna sententia terminatur, et præmittitur possessorium in terminando: sed in exsequendo præualet petitorium.*

[A.D. 1198-1216.] Innocentius Papa III. Epiſcopo Sancti Andreæ, Abbati de Aberbrothoc, Thomæ priori, Ranulfo archidiacono, et Magiſtro Laurencio officiali Sancti Andreæ . . . Quod, cum ſuper poſſeſſorio et petitorio ſimul eſt actum, vtrumque vna ſententia debet terminari. Sed licet in pronuntiatione ſit poſſeſſio præmittenda: in exſequutione tamen debet proprietas præualere.

LIB. II. TIT. XXII: *De fide instrumentorum.* CAP. IX: *Post publicas attestationes vsque ad conclusionem possunt instrumenta produci: consuetudo loci facit instrumentum authenticum.*

[A.D. 1206.] Innocentius Papa III. Epiſcopo Sancti Andreæ, Abbati de Aberbrothoc, Thomæ priori, Ranulfo archidiacono, et Magiſtro [Laurencio]

officiali Sanɑi Andreæ . . . Ad ſecundam autem quæſtionem taliter duximus reſpondendum, qnod vtraque pars poteſt inſtrumentum etiam poſt publicationem atteſtationum vſque ad definitiuæ ſententiæ calculum exhibere, antequam ſit in cauſſa concluſum. Super tertio vero articulo taliter reſpondemus, quod inquiratis diligentius veritatem, et, ſi conſuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt inſtrumentis illius Regis fides adhibeatur, vos ea ſecure poteritis admittere: præſertim cum ſupradiɑus Rex tantæ fuerit honeſtatis, quod ipſius inſtrumenta maximæ auɑoritatis ſint in partibus Scoticanis.

LIB. II. TIT. XXVIII: *De appellationibus etc.* CAP. LXIV: *Appellans, qui terminum appellationis præfigit, si mittit procuratorem ad impetrandum et contradicendum tantum, et appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, aduersario legitime prosequenti, condemnatur in expensis.*

[A.D. 1224.] Honorius Papa III. Sanɑi Andreæ et Duncheldenſi Archidiaconis, et Magiſtro Joanni canonico Duncheldenſi . . . Nicolao militi ac Fratri E. monacho monaſterii Sanɑæ Mariæ de Dundrannan Ciſtercienſis ordinis diœceſis Candidæ Caſæ apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis, dileɑum fratrem noſtrum Sanɑi Hadriani diaconum Cardinalem conceſſimus auditorem. In cuius præſentia cum diɑus monachus non niſi ad impetrandum et contradicendum procurator fuerit inſtitutus, ſicut ex litteris diɑorum Abbatis et Conuentus conſtitit euidenter, ſupplicauit humiliter idem miles, vt contra ipſos tanquam contumaces procedere deberemus . . . Quia vero ſuper præmiſſis nobis non potuit fieri plena fides, de aſſenſu militis et monachorum prædiɑorum, diſcretionibus veſtris mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit diɑos Abbatem et Conuentum appellationi ſuæ terminum præfixiſſe, cum ad proſequendam eandem ſufficientem procuratorem non miſerint, memorato milite ipſam perſonaliter proſequente, ipſos ad reſtituendas expenſas, a tempore appellationis faɑas, eidem militi condemnetis, eodemque, ſicut iuſtum fuerit, primitus reſtituto, audiatis cauſſam, et appellatione remota fine debito terminetis.

LIB. III. TIT. XXIV: *De donationibus.* CAP. VI: *In donationibus plenissima sit interpretatio: et ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita, proximam donationem tantum respicit.*

[A.D. 1208.] Innocentius Papa III. R. de Gedeburg, et G. de Driburg abbatibus, et Magiſtro I. rectori eccleſiæ de Bilchiale . . . Cum dilecti filii Abbas et monachi de Melros propoſuerint coram nobis, quod nobilis vir Alanus quaſdam terras ab Waltero quondam patre ipſius, eorum eccleſiæ de Machelim in eleemoſynam aſſignatas, violenter redigere cupiat in foreſtam . . . mandamus, quatenus auctoritate noſtra ſuffulti ad ſententiam pro ipſo monaſterio proferendam, appellatione poſtpoſita, procedatis . . . cum ex tenore inſtrumenti euidenter appareat, quod hæc fuit mens et intentio donatoris, vt clauſula de foreſta, quæ in fine ponitur inſtrumenti, non ad ſuperiorem donationem, quæ tam libera et pura fuit vt immunis eſſet vexatione et conſuetudine ſeculari, ſed hoc ad inferiorem conceſſionem quæ penſionem et determinationem habet inſertam, iuxta ſanum referri debeat intellectum: quia in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis quoque pleniſſima eſt interpretatio adhibenda.

LIB. III. TIT. XXIV: *De donationibus.* CAP. IX: *Donatio quinquagesimæ vel centesimæ, quam facit Episcopus cum graui ecclesiæ suæ detrimento, potest legitime reuocari: nec etiam potest vltra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante læsione ecclesiæ, sine auctoritate superioris.*

[A.D. 1211.] Innocentius Papa III. Epiſcopo Sancti Andree . . . Cum plerumque contingat quod Epiſcopi ſucceſſiue locis religioſis de reditibus, qui pertinent ad eoſdem, vltra quinquageſimam conferant portionem, ita, quod interdum vſque ad tertiam partem, vel quartam, interdum vero plus minuſue huiuſmodi reditus minuantur: tua fraternitas nos conſuluit, vtrum ſucceſſoribus eorundem ea, quæ taliter fuerunt vltra quinquageſimam portionem conceſſa, licet aliquatenus reuocare. Nos igitur in-

quiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod, licet ſit in canone definitum, vt, ſi quis Epiſcoporum in parœcia ſua monaſterium forte conſtruere voluerit, et de rebus eccleſiæ cui præſidet ipſum dotare, non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem, eccleſiæ vero, quam monaſticis regulis informare, vel pro ſuis propriis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ cui præeſt debeat elargiri, quia tamen in eodem canone conſequenter adiungitur, vt hæc temperamenti æquitas obſeruetur, quod cui tribuit competens ſubſidium conferat, et cui tollit damna grauia non infligat, ea quidem cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit ex his duabus, remunerationem aſſumat, hoc ſemper eſt obſeruandum, quod vnus Epiſcopus, vel alius, non ſolum non debet amplius, ſed nec tantum, nec minus cum graui eccleſiæ ſuæ detrimento conferre, ſiue ſimul et ſemel id facere velit, ſiue pluries ſucceſſiue, eiſdem vel diuerſis eccleſiis conferendo. Vnde cum graue detrimentum ſiue de poſſeſſionibus, ſiue de prouentibus ad epiſcopalem menſam vel cathedralem eccleſiam pertinentibus, in quantalibet portione conſtiterit eſſe collatum, poterit legitime reuocari: niſi præſcriptione vel alia exceptione legitima actio huiuſmodi excludatur. Nam, etſi prima facie præſumatur, quod collatio quinquageſimæ vel centeſimæ partis graue non inferat detrimentum; quia tamen non ſolum ſi ſæpe, ſed etiam ſi ſemel id fiat, ex variis circumſtantiis, deprehendi poteſt interdum eſſe valde damnoſum, quod quidem magis poteſt ex oſtenſione ipſius facti, quam expreſſione alicuius ſtatuti cognoſci: nec quinquageſima nec centeſima ſemel aut ſucceſſiue debet cum graui eccleſiæ damno conferri. Si vero in tantum abundet Epiſcopus, vt ſine damno eccleſiæ ſuæ poſſit amplius etiam quam per quinquageſimam vel centeſimam partem neceſſitati alterius eccleſiæ ſubuenire, quamuis per ſe non debeat ſummam excedere a canone præfinitam, per quem incaute largiri volentibus eſt occurſum: de ſuperioris tamen auctoritate pontificis poteſt etiam in maiori ſumma inopiæ alterius prouideri.

LIB. III. TIT. XXX: *De decimis, primitiis, et oblationibus.* CAP. VIII: *Priuilegiati super decimis non soluendis, de iis prædiis, quæ ab aliis conducunt, decimam soluere tenentur.*

[A.D. 1180.] Alexander III. Papa monachis de Neubothel . . . Dilecti filii Abbas et fratres Sanctæ Crucis, ſua nobis conqueſtione monſtrarunt, quod prædia, vnde decimas, et in magna parte ſuſtentationem conſueuerunt habere, a pleriſquo laicis conduxiſtis, et recepiſtis ad firmam. Vnde, quoniam iidem fratres ex hoc grauantur immoderate et enormiter, nec fuit intentionis noſtræ, aut anteceſſorum noſtrorum, vt de poſſeſſionibus, quas conduxiſtis, decimas non ſoluatis: vniuerſitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus de fructibus de prædiis quæ conduxiſtis in parœciis ſuis, de quibus conſueuerunt decimas percipere, plenarie ſoluatis eiſdem, vel cum ipſis tam pacifice et amicabiliter componatis, quod nulla inter vos debeat ſcandali malitia ſuſcitari, [nec] vos videamini vltra quam vobis indultum eſt, manus extendere.

LIB. III. TIT. XLIX: *De immunitate ecclesiarum, cœmiterii, et rerum ad eas pertinentium.* CAP. VI: *Reus criminis, ad ecclesiam fugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius prætextu criminis commissi damnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem: est tamen aliter legitime puniendus. Fallit in duobus casibus hic expressis. Seruus, fugiens ad ecclesiam timore domini sui, est domino, de eius impunitate iuranti, restituendus.*

[A.D. 1200.] Innocentus Papa III. illuſtri Regi Scotie . . . Inter alia quæ nobis regalis prouidentia ſuis litteris intimauit, quid de illis fieri debeat, qui, maleficia pertractantes, confugiunt ad eccleſias, vt pro reuerentia ſacri loci debitas pœnas valeant euitare, ſollicite requiſiuit. Nos igitur, tuis quæſtionibus reſpondentes iuxta ſacrorum ſtatuta canonum, et traditiones legum ciuilium, ita duximus in huiuſmodi diſtinguendum, quod fugiens ad eccleſiam, aut liber, aut ſeruus exiſtit. Si liber, quantum-

cunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter ab eccleſia extrahendus; nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam: ſed rectores eccleſiarum ſibi obtinere debent et membra, et vitam. Super hoc tamen quod inique fecit, eſt alias legitime puniendus: et hoc verum eſt, niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui, dum itinera frequentat, vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidiis, ab eccleſia extrahi poteſt, impunitate non præſtita, ſecundum canonicas ſanctiones. Si vero ſeruus fuerit, qui confugerit ad eccleſiam; poſtquam de impunitate ſua dominus eius clericis iuramentum præſtitorit, ad ſeruitium domini ſui redire compellitur etiam inuitus: alioquin a domino poterit occupari. Tu, ergo, fili cariſſime, cum in regno tuo aliquid horum contigerit, iuxta præmiſſam diſtinctionem ſic procedere ſtudeas, quod eccleſiarum honor et immunitas ſeruetur illæſa, et malignandi facultas prauæ voluntatis hominibus auferatur.

LIB. IV. TIT. XX: *De donationibus inter virum et vxorem, et de dote post divortium restituenda.* CAP. VI: *Vsufructuarius, donans sine consensu domini rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quam ipse habebat: idem de eo, qui sub conditione adimente habet rem in hereditatem, vel in feudum.*

[A.D. 1203.] Innocentius Papa III. Archidiacono Sancti Andreæ in Scotia . . . Nuper a nobis tua diſcretio requiſiuit, ſi aliqua terra data fuerit alicui, non in hereditatem vel feudum, ſed tantum ſibi quoad vixerit poſſidenda, et ipſe poſtmodum tertiam partem vxori ſuæ in dotem conceſſerit, vtrum, eo defuncto, præfatam dotem vxor, dum vixerit, habere debeat et tenere, cum eccleſia dotes protegere teneatur viduarum. Poſtulaſti præterea noſtris litteris edoceri, ſi qua terra data fuerat alicui et heredi quem de vxore legitima procrearet, in hereditatem vel feudum, et ipſe, vxori ſuæ quadam parte ipſius in dotem conceſſa, deceſſerit poſtmodum ſine prole, an mulier dotem eandem de iure poſſet habere, vtrum etiam eccleſia pro ipſa ſtare debeat in hoc caſu, an, viro defuncto, terra

illa fine opere in bona redire debeat concedentis. Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quod, cum regulariter nullus in alium plus iuris transferre possit quam eum constet habere, vir, cui terra prædicto modo conceditur, non potest vxori relinquere, quod ei non licuit, nisi quoad vixerit, possidere. Nec licet vxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere: nisi forte donationi illius ille ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit consentire. Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda. Nam licet ecclesia in caussis viduarum se fauorabilem debeat exhibere: contra iustitiam tamen non est eis fauor ecclesiasticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur viro dotem, vir autem vxori donationem facere propter nuptias, secundum legitimas sanctiones.

[IV.] Capitula Capelle Regis Scocie tam de Literis in Curiis placitandis quam de Breuibus per Regem de Cancellaria mittendis [res ecclesiasticas tangentibus]·

Capitulum lxiiii · Litera inhibicionis Domini Regis pro homine vexato ad curiam Christianitatis·

Rex Episcopo de · N · vel Archidiacono. Decano uel eorum officiali Salutem Monstrauit nobis · A · grauiter conquerendo · quod · P · ipsum iniuste trahit in placitum coram uobis in curia Christianitatis super laico tenemento de · N · quod tenet de [n]obis in capite uel per cartam · cuiusquidem cause cognicio ad forum nostrum Regium de jure debeat pertinere · Quare uobis mandamus et firmiter prohibemus quod si ita sit sicut dictus · A · nobis monstrauit in dicta causa non procedatis in preiudicium nostre Regie dignitatis · Deficut curia nostra eidem · P · non defuit de justicia · Ita quod pro vestro defectu et nostre prohibicionis contemptu non oporteat dictum · A ·

ad nos ſuper hoc recurrere iuſte conquerendo per quod ad uos et bona veſtra grauiter capere debeamus vel aliud remedium apponere debeamus · Teſtibus et cet ·

Vel sic · Conqueſtus et cet · quod tu trahis ipſum in cauſam coram tali in curia ut supra · Quare tibi mandamus in fide et fidelitate quibus nobis teneris [et] firmiter precipimus quod ſi ita ſit a proſecucione dicte cauſe que eſt in preiudicium noſtre Regie dignitatis totaliter deſiſtas · Deficut et cet ·

Capitulum lxvii · Pro Rege et pro Conſilio Generali ·

Rex venerabilibus in Chriſto patribus omnibus et ſingulis Dei gracia Epiſcopis regni noſtri Scocie · ceteris[que] prelatis inferioribus apud Perthe in Eccleſia Fratrum Predicatorum in craſtino Sancti · P · proxime futuro pro Generali Conſilio celebrando congregatis Salutem · Sciatis quod facimus et conſtituimus per preſentes · B · et · C · et juris ciuilis profeſſores dilectos et fideles noſtros procuratores noſtros legitimos · Dantes eiſdem coniunctim et diuiſim plenariam poteſtatem et ſpeciale mandatum ad proponendum et oſtendendum in Conſilio noſtro [*l*· ueſtro] celebrando ea que pro nobis et ſtatu regni noſtri ſtatuque veſtro et Eccleſie Scoticane vobis eis iniunximus declaranda Et ſpecialiter ad proteſtandum et ſi neceſſe fuerit ad appellandum quod nichil per vos in dicto Conſilio ſtatuatur quod verti poterit in preiudicium noſtre Regie Maieſtatis · Ratum et gratum habentes et habituri quicquid per dictos procuratores noſtros uel eorum aliquem coram vobis dictis die et loco actum fuerit in premiſſis ·

Capitulum lxx · Litera compulcionis pro iure eccleſiaſtico ·

Rex juſticiariis vicecomitibus prepoſitis et eorum balliuis ceteriſque fidelibus ſuis vniuerſis · ad quorum noticiam preſentes etc · Vniuerſitati veſtre tenore preſencium declaramus quod non [ſit] noſtre intentio voluntatis cum fideles noſtros de terris ſeu redditibus quantumcunque infeoda[uer]imus

aliquid detrahere minuere uel auferre de terris feu redditibus · canis · uel cenfubus annnis Deo et Ecclefie ac perfonis ecclefiafticis per nos feu predeceffores [noftros] Reges Scocie feu quofcunque alios de regno noftro deuote collatis · Set pocius volumus quod tales infeodaciones per nos facte feu decetero faciende nullum preiudicium Deo et Ecclefie feu perfonis ecclefiafticis generent in futurum · qnominus terris redditibus · canis · cenfubus annuis vnacum arr[er]agiis de quibufcunque ter[min]is retroactis gaudere valeant nt folebant · Quare vobis omnibus mandamus et precipimus · quatinus cum per venerabilem patrem · J · Dei gracia Epifcopum de · A · uel eius actornatos fueritis requifiti tam per nos infeodatos ut fupradictum eft quam alios terrarum dominos vel tenentes qui a dicto Epifcopo firmas redditus · canos · uel cenfus annuos debitos cum arreragiis fupradictis foluere contradicunt prout dictus Epifcopus uel eius actornati dictas firmas et cetera · cnm eifdem arroragiis fibi deberi ab eifdem racionabiliter probare poterit uel poterint coram vobis prout iuftum fuerit compellatis · Ita qnod pro veftro defectu et cet ·

Capitulum lxxvii . Litera inhibicionis pro monafterio nimis fupproffo ·

Rex omnibus etc · ad quos etc · Sciatis quod cum monafterium de · A · cuius jus patronatus ad nos fpectare dinofcitur propter fuperfluitatem fuperueniencium in paupertatem incidit ut intelleximus · In eorum auxilium fubfidium et relenacionem · A · de · L · ex parto noftra more folito regni noftri janue fue conftituimus cuftodem vt preter religiofos et pauperes quos Abbas et conuentus duxerint admittendos ibidem aliqui non recipiantur fuper noftram plenariam foriffacturam · Prefentibus etc ·

Capitulum lxxix · Litera Regis de donacione torre Epifcopo pro iniuria fibi perfecta ·

Rex omnibus etc · Quia venerabilis pater · J · Dei gracia Epifcopus de A · nos et homines no ros ab omni fentencia excommunicacionis fi quam

incurrimus abfoluit remiffis per eundem tam nobis quam hominibus noftris quibufcunque omnimodis dampnis · iniuriis feu grauaminibus illatis per homines noftros tempore guerre fibi et Ecclefie fue fupradicte terris fuis elemofinatis et hominibus in eifdem · Nos in recompenfacionem dampnorum · jacturarum · iniuriarum et grauaminum illatorum de gracia fpeciali dedimus et conceffimus per prefentes Epifcopo prefato totam terram de · F · cum fuis iuftis pertinenciis et bonis omnibus de dicta terra prouenientibus ibidem inuentis quandocunque de ipfo contigerit humanitus volentes et concedentes puro corde quod parentes et amici Epifcopi memorati dictam terram et bona firmas et redditus eiufdem habeant teneaut et poffideant et in tales vfus conuertant poft mortem Epifcopi ficut probari poterit quod idem Epifcopus in vita fua de terra et bonis predictis plenius ordinauit · Cuius ordinacionem ratam habemus ex nunc et ratam haberi volumus quoufque Epifcopus fucceffor eiufdem nobis aut heredibus noftris fecundum leges et confuetudines regni fidelitatis fecerit iuramentum · Quare firmiter prohibemus ne quis futuris temporibus contra hanc conceffionem noftram aliquatenus venire prefumat · In cuius rei etc ·

Mandatum Epifcoporum regni Scocie ·

[v.] Omnibus fancte matris ecclefie filiis · prefens fcriptum uifuris · uel audituris · Dauid · et Albinus Dei gracia Sancti Andree · et Brehynenfis · Epifcopi · et Magifter Abel · capellanus Domini Pape · et Archidiaconus Sancti Andree · Salutem eternam in Domino · Mandatum Epifcoporum regni Scocie in hec uerba infpeximus · ¶ Excellentiffimo domino fuo · A · Dei gracia illuftri Regi Scocie · Dauid · Willelmus · Petrus · Clemens · Albinus · Robertus · Willelmus · Sancti Andree · Glafguenfis · Aberdonenfis · Dunblaynenfis · Brehynenfis · Roffenfis · Katenenfis · ecclefiarum miniftri · Salutem · et fidelia femper obfequia · ac deuota · Licet ea que in ultimo Concilio apud Eddenburc celebrato · vobis · ac

magnatibus ueſtris preſentibus ordinata fuerant minime fuerint in ſcripturam redacta · ea tamen a conſiliariorum ueſtrorum memoria intercidiſſe non credimus · Videlicet quod ecclefie · et earum prelati omnium jurium et libertatum pacifica poſſeſſione gauderent · que tempore felicis memorie Regis Alexandri patris ueſtri optinuerunt ſaluo jure ueſtro · et veſtra poſſeſſione in omnibus · Verum jam quiddam nouum et in regno Scocie a retro temporibus inauditum · a ueſtris eſt conſiliariis introductum · vt uidelicet perſone eccleſiaſtice poſſeſſionibus · eccleſiis eorundem in elemoſinas conceſſis non interuenientc judiciali cognicione ſuorum prelatorum per laicos ſpolientur · Vt nuper de Priore Sancti Andree audiuimus contigiſſe . Cum autem hec et hiis ſimilia · contra Deum · et eccleſiaſticam libertatem attemtata ſub diſſimulacione tranſire non debeant · Excellencie ueſtre humiliter ſupplicamus · ac deuote · quatinus quod in bonis dicti Prioris irreuerenter eſt et incaute preſumptum · diſcrecione preuia reuocantes · conſimilia decetero fieri ſi placet nullatenus permittatis · Alioquin nos pocius quibuſcunque periculis exponemus · quam ſuſtinere uelimus in poſterum tam ineſtimabilem eccleſie leſionem · Valeat Excellencia ueſtra ſemper in Domino · ¶ In cuius rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigilla noſtra apponi fecimus ·

Mandatum Innocentii Pape de gravaminibus eccleſie Scoticane emendandis·

[VI.] Innocentius Epiſcopus etc · venerabilibus fratribus Lyncolniensi · Wygornienſi et Lycchefeldenſi Epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem · Clamat in auribus noſtris eccleſia Scoticana et adverſus eos qui fidelem Scocie videntur regere populum et heredem illius Chriſtianiſſimi Regis adhuc impuberem optinere ſue poteſtati ſubjectum · multiplicem ſe habere proponit materiam queſtionis · Et caritativa quidem in illos primum querela dirigitur pro Rege pucro et pro regno · quod videlicet eidem Regi pupillo bene non conſulunt dum thronum ejus novi aulici aſcendentes · amotis ſanitatis conſiliis quibus providus eum ſuffulſerat vivens adhuc

patrius affectus · justitia et judicio non conformant nec in sua regnum ipsum integritate conservant · dum iidem novi aulici novis consiliorum machinis ecclesiasticam impetunt libertatem · quam profecto qui violant principum robur quo fides viget Catholica et Regia dirigitur celsitudo confringunt Inter cetera que in derogationem ecclesiastice potestatis in partibus illis ministri regni et locorum domini post obitum clare memorie Regis Scottorum quem fides et libertas ecclesie Christianissimum habuit defensorem sub Rege tenere indolis attemptare dicuntur nemini videri non debet absonum et absurdum ac divini et humani judicii animadversione plectendum quod cum ecclesiarum prelati excommunicationis vel interdicti seu suspensionis sententias ob contumaciam seu offensam proferunt in subjectos · ad eos ut hujusmodi sententias revocent litteratoria sub nomine Regis jussa manant · qui nisi preceptioni paruerint ad id per bonorum suorum confiscationem sacrilegam compelluntur · sicut aliquibus ejusdem regni Episcopis dicitur contigisse · Et super possessionibus quoque seu rebus quas in jus divinum pia contulit largitas devotorum · clerici per Regia trahuntur edicta contra cleri privilegium ad judicium seculare nec audiuntur jus pupplicum allegantes · sicque per judicis incompetentis injuriam non nunquam ecclesie suis possessionibus spoliantur · Et preterea cum aliquibus possessionibus ecclesiis in elemosinam a laycis perpetuam donatis in quibus nihil sibi preter exercitum ad defensionem regni et commune auxilium retinent donatores · iidem ministri et alii layci eorum favore suffulti per adjectionem hujusmodi predictas possessiones laicantes fore censentes eas in omnibus paris conditionis efficiunt cum possessionibus laycorum · et in divini juris dispendium interpretatione perversa donatorum munificentiam restringentes layce subiciunt servituti · Non attendentes quoque quod laycis quantumlibet religiosis de rebus ecclesiasticis nulla est possibilitas distribuendi attributa · ecclesiastica predia invitis et contradicentibus dominis limitare propria temeritate · et de ipsorum finibus in quorum possessione pacifica ecclesie fuisse noscuntur per tempora longiora · sequentes interdum perjuria laycorum qui clericis opido sunt infesti · proferunt pro laycis contra clericos iniqua judicia · que tan-

dem per fpoliationis violentiam exfequuntur · Porro de jure patronatus quod fit fpiritualibus caufis annexum nemo fere non novit · fed licet per hoc quod explorati fit juris illud ad judicium ecclefiaftici examinis pertinere de generali et juri confentanea regni prediƈti confuetudine fit optentum · id tamen ibidem novis conviciis ufurpatur a laycis · et ut fuper hoc cum de illo agendum fuerit ad forinfecum recurratur judicium jam ex parte Regia eft puplice proclamatum · Fidei vero ac jurifjurandi judicium quis abnuat inter fpiritualia negotia nifi quis de fide fcincera non fenferit computandum · et cum carne fe in hac parte fpiritui contumaciter preferente ceperunt in partibus veftris Regia fcripta difcurrere per que in Regis notam regnique jaƈturam ne quis ad obfervationem juramenti vel fidei per cenfuram ecclefiafticam cogatur inhibetur. Sane licet de antiqua ejufdem regni confuetudine introduƈtum et velut humane difcipline confonum pacifice ufque ad hoc tempus obfervatum ut prelati quandam penam infligant pecuniariam pro deliƈtis que ad cenfuram ecclefiafticam nofcuntur pertinere cum delinquentes non profpexerint fpirituali gladio quo non eft pena feverior feriendos · jam regni prediƈti magnates et alii temporali prediti poteftate confuetudinem immutare volentes laudabilem fubditis fuis ne hujufmodi pene pareant interdicunt · Ad ea infuper que ab humani jure dominii divine poteftatis auƈtoritas abdicavit miniftrorum fui cultus ufibus profutura · prefumptuofa nimis atque dampnabilis eorundem magnatum prorogatur audacia · de feno · molendinis · pafcuis decimas folvi ecclefiis interdicens · Si qui vero fuper hiis preftandis in judicium coram ecclefiafticis judicibus evocantur · aƈtores profequi jus divinum aut judices fuper eo juftitiam exhibere pofcentibus miffa fub nomine Regis ediƈta prohibitoria non permittunt · quin potius hoc fub gravis pene interminatione propofita iidem judices coguntur jam rite prolatas nuper fententias revocare · Clerici vero uxorati ejufdem regni qui clericalem deferentes tonfuram clericali gaudere folent privilegio et cum bonis fuis fub ecclefiaftice proteƈtionis manere prefidio ab antiquo · folite immunitatis beneficiis exuuntur et fub nova rediguntur onera fervitutis · Verum ne parum

